R.P.D. DECANO VALLISOLETANA PRAEEMINENTIARUM. PRO VENERABILI MONASTERIO...

Monasterio de San Benito el Real

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 I
37

E. 358.

13-1-E-33

Digitized by Google

C.47. C.47. 43
B 111 e 43

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. D.

DECANO

VALLISOLETANA
PRAEEMINENTIARVM.

Pro

Venerabili Monaſterio Sancti Benedicti Regii Valliſoletan.

Bibliotheca S. Mariae Transp.

Contra

Eiuſdem Venerabilem Congregationem.

FACTI GENERALIS. fol. 1.

Reſponſio. ſol. 8. Compendium Facti. fol. 30.

ET

I. IVRIS GENERALIS

cum Reſponſione. fol. 12.

Secunda ſimilis. fol. 13. Tertia ſimilis. fol. 24.

Quarta ſimilis. fol. 29. Quinta ſimilis. fol. 31.

Sexta ſimilis. fol. 46. ET Dubium deinde. fol. 1.

SVMMARIVM IVRIVM ET INSTRVMENTORVM.

ROMAE,

Apud Impreſſores Camerales. M. DC. III.

De Superiorum licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google

FACTI GENERALIS PRIMA PARS.

S. 1 R. de Pater. Cum Sanctiſs. D. N. die prima Martij 1591. edidiſſet Conſtitutionem,in qua inter cetera ſtatuit: Quod in generali Capitulo Congregationis Valliſoletanæ Ordinis S. Benedicti, de illo anno celebrañ. eligeretur Abbas Generalis ex gremio Congregationis ad triennium tunc proximũ; & illo elapſo, in ſequenti generali Capitulo, idem Abbas Generalis deberet eligi Monachus profeſſus in Monaſterio S.Benedicti Valliſoletañ.ad aliud trienniũ;abſq; eo ꝙ Conuentus Valliſoletañ. haberet ſuffragia in electione: ſicut ſolitus erat habere; atq; is ordo alternis deinceps triennijs, omni tempore ſeruaretur in electione Abbatis Generalis; & vt ſemper crearetur vnus ex octo Congregationis Diffinitoribus ex profeſſis Valliſoletañ. & vt Abbates ceterorum Monaſteriorum eligerentur in Capitulo generali ab Abbate Generali nouiter electo,& octo Diffinitoribus;& vt ipſi Diffinitores in illis electionibus carerent voto paſſiuo;vt cõſtat ex Bulla S.D.N. in Summario nu. 1. à §.12. vſq; ad 17. & cum Cõſtitutio huiuſmodi in dicto primo generali Capitulo,tam à Conuentu S. Benedicti, quàm à Congregatione fuiſſet acceptata: illiuſq; obſeruantia, medio iuramento,promiſſa: & ſucceſſiuè in dicto primo,& ſecundo,ac tertio Capitulis generalibus, de annis 1592. 1595. & 1598. celebratis, ad vnguem, & pacifice obſeruata.:

2 De anno 1600. quia in ſequenti Capitulo erat eligẽdus Abbas Generalis ex dicto Monaſterio S.Benedicti, quidam Monachi particulares Congregationis ambientes ad Generalatum, & credentes dictam electionem impedire poſſe; porrexerunt memoriale Sanctiſſimo pro reuocatione dictæ Conſtitutionis: & S.Sanctitas demandauit huiuſmodi cognitionem Illuſtriſſimis & Reuerendiſsimis DD.Cardinalibus Burgheſio & Arigonio: qui hinc inde in voce, & in ſcriptis ad lõgum fuerunt informati; & interim ſuperuenit tempus celebrandi quartum Capitulum de anno præterito 1601. in quo, iuxta diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis, pacificè, & quietè fuit electus in Abbatem Generalem Monachus ex Monaſterio S. Benedicti, qui hodie gubernat.

3 Cumq; Procurator aſſertus Cõgregationis fruſtratus intentione impediendi dictã electionem per plures menſes tacuiſſet: Procurator Monaſterij S. Benedicti in executionem ordinum datorum in Capitulo generali, porrexit memoriale eidem Sanctiſſimo pro reformatione cuiuſdam Breuis, verè extorti, ſuper aſſerta declaratione dictæ Conſtitutionis: quod pariter Sanctiſsimus tranſmiſit ad Illuſtriſſimos & Reuerendiſsimos Cardinales prædictos; à quo excitatus aduerſarius Procurator, cœpit de nouo inſtare pro reuocatione dictæ Conſtitutionis;arguẽdo illam de ſubreptitia,vt in Commiſsione in Summario nu.1. poſt Bullam fol.12.

4 Sed Sanctiſsimus de cõſilio, vt eſt credẽdum,Illuſtriſsimorum & Reuerendiſsimorum Cardinalium prædictorum,attentis tot Concordijs,etiam à Sede Apoſtolica cõfirmatis, retroactis temporibus initis,& etiam per longum tempus obſeruatis;ac inſtabilitate dictæ Congregationis, quam magis ſtimulis ambitionis, quam reformationis agitatam,ſicuti præteritis,ita nec futuris Concordijs,ſi fierent,diu ſtare debere ſperandum ſit: & conſiderato clypeo iuſtitiæ, quo iſti Monachi paſsiones proprias tegere præſumebant: cum ſua ſolita ſapientia cauſam, & cauſas de, & ſuper præmiſsis de iure cognoſcendas, & terminãdas eiſdem Illuſtriſsimis & Reuerendiſs. DD. commiſit: vt in Commiſsione dicta, & illi ad ſacram Rotam eaſdem cauſas remiſerunt:

5 Vnde nunc pro Monaſterio exiſtente in quaſi poſſeſsione obſeruantiæ dictæ Conſti-

Digitized by Google

tutionis, dicitur: quod dicta Conſtitutio firma manere debet, nō tantum ob ſupremam auctoritatem Papæ illius Conditoris: ſed etiam propter iuſtitiam diſpoſitionis eiuſdem, quæ clara, & conſtans oſtenditur, & comprobatur ex infraſcriptis.

6 Primò ex qualitate ſtatus præcedētis, Monaſterij,& Congregationis,& ex cōditione præſentis:nam exiſtentibus Monaſt. Ordinis S.Benedicti Hiſpaniarum aliquibus ſubiectis Monaſt. Cluniaceñ. in Burgundia, & Caſæ Dei in Gallia,& aliquibus ſub Ordinarijs locorum,& omnibus à clauſura,& Regulę Monaſticæ obſeruātia penitus relaxatis;de anno 1390.clar.mem. Ioannes I.Rex Caſtellæ in proprijs mœnijs Valliſoleti fundauit Monaſterium S.Benedicti pro Monachis ſub ſtricta clauſura,& Regulæ eiuſdem S.Benedicti præciſa obſeruantia viuere volentibus,Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum: vt conſtat in Summario nu.2. & in alijs Bullis Monaſterij de anno 1395. & 1398.

7 Et fęl.rec. Martinus V. motus celebri fama ex Monachorum dicti Monaſterij eximia vitæ Sanctitate ſuborta, de anno 1428. per ſuas Literas eos adhortatus fuit; ac facultatem eiſdem conceſsit exeundi ex dicto Monaſterio ad alia ſui Ordinis Monaſteria reformanda, & noua fundañ. de quibus in Summario num.3.

8 Poſteà fęl. rec. Eugenius IV. de nouo,intellecta fundatione Monaſteriorū de Calabazanos, quod nunc eſt Zamorenſe, & de Fromeſta, facta per Monaſterium Valliſoletañ. & reformatione Monaſteriorum S.Claudij Legioneñ.& S.Ioānis Baptiſtæ Burgeñ. ſuper eis plenam iuriſdictionem Monaſterio S.Benedicti conceſsit: vt in Sum. n.4. quam ampliauit Nicolaus V. vt ibidem nu. 5. Pius II. addidit facultatem ſibi vnieñ. Monaſteria:vt ibi nu.6. & in Bullis Eugenij,& Nicolai fit mentio de Capitulis generalibus iam factis in Monaſterio S.Benedicti ſuo Capite.

9 Succeſsiuè de anno 1465. in Capitulo generali fuit factum decretum,vt Cōuentus Valliſoletañ. eligeret Superiorem Generalem ad triennium: quia in præcedenti ſpatio annorum 76. fuerat Superior ad vitam: cum hoc tamen, quod poſſet reeligi; & Paulus II. qui illud confirmauit, conceſsit, quod ſtatim ac Superior per Cōuentum Valliſoletañ. fuiſſet electus, haberetur pro confirmato: vt in Sum. n.7. §.1. & 2. & vt congregaret Capitulum generale ad libitum. vt eodem n. §.3.

10 Cumq; hoſte humani generis inſtigante, quidam Priores nonnullorum Monaſteriorum reformationis impatiētes à Sede Apoſtolica procuraſſent ſuorum Prioratuū perpetuitatem: Innocentius VIII. de anno 1489. ad inſtañ. Regum Catholicorum ſtatuit; quod Prior S.Benedicti Valliſoletañ. eſſet Superior totius Cōgregationis;& vt Superiores aliorum Monaſteriorū ab eo confirmarentur; & vt Capitula generalia Valliſoleti celebrarentur; & vt Monaſteria Congregationis non gauderent priuilegijs, etiam particulariter conceſsis;niſi ſeruata obediētia,& ſubiectione Monaſterio S.Benedicti,& voto perpetuæ incluſionis. vt in Sum. n. 8. Vnde omnes Priores olim rebelles in Capitulo generali,de anno 1492. celebrato, renunciarunt ſuis Prioratibus, ac eorum perpetuitati: confeſsiq; fuere ſuos exceſſus, & ſupplices petierūt admitti ſub obedientia; vt conſtat ex publico inſtrumento in regeſtro fol.

11 Et de anno ſequenti 1493. Frater Garſias de Ciſneros Prior ſecundus, & duodecim Monachi Valliſoletañ. miſsi ad Monaſterium B. Mariæ de Monteſerrato, illud reformarunt: vbi dictus Frater Garſias vitam cum morte commutauit, & pro Beato reputatur:& poſteà frater Ioānes de Grijota & alij eius ſocij miſsi fuerunt ad Monaſterium SS.Facundi & Primitiui, & illud reformarunt; vbi dictus frater Ioannes deceſsit,& etiam miraculis coruſcat;& demum Valliſoletani Monachi indefeſsis laboribus,& ingentibus proprijs ſumptibus vniuerſam Congregationem & tunc reformarunt, & hucuſq; proprijs redditibus, & ſumptibus Monaſteriorum Valliſoletañ.

cam

Digitized by Google

eam viſitat, & reformat, & eius Capitula generalia celebrat.

12 De anno autẽ Domini 1492. & 1494. in Capitulo generali ſtatutum fuit denuò; vt omnia Monaſteria dicti Ordinis reformata,& reformañ.in Hiſpanijs vnita facerẽt vnam Congregationem: & Conuentus, & Abbas Monaſterij Valliſoleti eſſent eius Caput; & ille Abbas recognoſceretur in Superiorem, ac eius mandatis ab omnibus pareretur; & demùm vt Capitulum generale ſingulis triennijs in prædicto Monaſterio celebraretur; & omnes Abbates cõfirmarentur à dicto Superiore; quæ omnia confirmata fuerunt ab Alexandro VI. vt in Sum. n.9.

13 Et in Capitulo generali de anno 1500. ita fuit decretum: Quoniam Conuentus S.Benedicti Valliſoleti eſt principium noſtræ Congregationis, & omnia eius Monaſteria acceperunt ab eo modum & formam viuendi, & hucuſq; habuit Superioritatem, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ Abbas & Conuentus dicti Monaſterij ſit Caput dictæ noſtræ Congregationis; & vt nuncupemur omnes inſimul, Cõgregatio S.Benedicti Valliſoletañ. & cum ſæpius aliàs tractauerimus, an ſit expediens, vt omnes habeamus ſuffragia in electione dicti Abbatis Generalis, determinamus nõ eſſe expediens,vt illa habeamus: ſed quod idem Abbas ab eodem Conuentu Valliſoletañ. eligatur; quæ omnia de anno 1502. confirmata fuere ab eodem Alexandro VI. ſtatueñ. quod Abbas & Conuentus S. Benedicti haberent in omnibus Monaſterijs ordinariam Iuriſdictionem,quam locorum Ordinarij huiuſmodi habere dignoſcebantur: vt latiſsime in Sum. n.10. 11.& 12.

14 Sed licèt Iulius II. ad petitionem Regis Catholici, vt in Summario n. 13. §.1. cõceſſerit Congregationi Valliſoletañ. communicationem priuilegiorum S.Iuſtinæ de Padua, aliàs Caſsineñ. & vt ei liceret illius regimini ſe cõformare, quantum patriæ, & Regionis diuerſitas paterentur,& quantum Abbati Generali Monaſterij Valliſoletañ. videretur: (vt poſtea etiam illud explicuit in ſimili cõceſsione Clemens VII. vt in Sum.n.15.) tamen in Capitulo generali de anno 1509. in quo dicta Bulla Iulij II. fuit acceptata, circa conformationem regiminis Caſsineñ. ſtatutum fuit: ꝙ in duobus illi ſe conformarent: nempe in Diffinitorum præſidentia: & in Iudicum, qui in Capitulo generali cauſas temporales iudicẽt,deputatione:vt in Sum.n.14.imò poſt præfatæ Bullæ conceſſionem idem Iulius II. denuò creauit Abbatem Valliſoletañ. Generalem Reformatorem; vt in Sum. n.13.§.2. Vnde electio Abbatis Generalis à Conuentu Valliſoletañ. pacificè continuata fuit vſq; ad annum 1550. in quo tempore fuerunt electi Abbates tam Monachi ex Monaſterio S.Benedicti, quàm ex gremio Congregationis, prout ſecundum Deum expedire viſum fuit; & in effectu modus eligeñ. Abbatem Generalem à ſolo Conuentu Valliſoletañ. durauit ſpatio 120. annorum, vcʒ à tempore Martini V. vſq; ad annum 1550. cum miris Religionis incrementis: cuius Congregationis inſtitutionem & ordinem Paulus III. denuò pleniſsimè confirmauit anno 1535. vt in Sum. n.16.

15 Cum autem de anno 1549. fuiſſet extortum quoddam Breue ſuper modo eligendi Abbates, nulla de iure Monaſterij S. Benedicti mentione facta, in Capitulo generali de anno 1550. ſtatutum fuit: vt ab vniuerſa Congregatione proponerentur duo Monachi Conuentui S. Benedicti, vt ipſe vnum ex illis eligeret in Generalem Abbatem: & vt electiones aliorum Abbatum fierent à Diffinitoribus: & in Capitulo generali de anno 1553. nulla habita conſideratione Breuis Pauli III. reſciſa fuerunt acta in Capitulo præcedenti, & decretum fuit, vt deinceps electio ſui Abbatis auferretur à Monaſterio Valliſoletañ.

16 Quibus publicatis fel. rec. Paulus IIII. de anno 1556. deputauit duos Monachos Congregationis Caſſineñ. qui componerent,quæ ambitio deordinauerat, & ad for-

Digitized by Google

mam antiquam omnia redigerent : ſed non fuerunt in Capitulo admiſsi: fuerunt tamen cum honore dimiſsi : & ſpretis dicto Breui Pauli III. & alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis antiquis,& Congregationis,& iure,& cõſuetudine Monaſterij præſcripta, Capitulum per ſuos Diffinitores attentatè & de facto elegit Abbatem Vallisoletañ. & Generalem ; & decreuit, vt in poſterum etiam Monachi Vallisoletañ. priuarentur voce actiua in electione ſui Abbatis , & Generalis ; & reliquis Conuentibus ſuæ actiuæ voces, & ſuffragia reſtituerentur:reclamante & vim proteſtante Vallisoletañ. Monaſterio, vt in Sum.n.17.

17 Qua inobedientia ad Sanctam Sedem Apoſtolicam nõ contenti, apud Paulũ IIII. quaſi Monaſterium Vallisoletañ. fuiſſet inobediens , conqueſti ſunt : & cum falſa narratiua ab eo extorſerunt quoddam Breue, per quod in multis regimen Congregationis immutabatur ; ſed hoc Breue, quaſi ſubreptitium euanuit;& ipſum Capitulum generale de anno 1559. facti attentati de anno 1556. pœnitens , denuò conſtituit , vt Breue Pauli III. ſeruaretur ; ita tamen vt ſaltem vnus ex ſic nominatis à Congregatione Conuentui Vallisoletañ. eſſet profeſſus in eodẽ Monaſterio:quod & obſeruatum fuit vſq; ad annum 1565. incluſiuè.

18 Sed quia remanebant ambitioſi , & nouitatum amatores non ſatisfacti , qui Religionis quieti inſidiabantur : claræ me. Philippus II. Rex Catholicus pacis, Religionum, & obſeruantiæ zelantiſſimus obtinuit à fęl. rec. Pio IIII. literas , in quibus mandabatur , quod ex vniuerſa Congregatione eligerentur duodecim Monachi , qui pro bono regimine ederent Conſtitutiones perpetuò valituras: vt in Sum. n. 18. §. 1. & in huiuſmodi literarum exequutionem facta fuit electio dictorum 12. Monachorum , nempe quinque profeſſorum in Monaſterio S. Benedicti , & reliquorum ſeptem ex gremio Congregationis:vt ex eorum nominibus , & ſuarum profeſſionum Domibus apparet in Sum. eodem n.18. §. 2.

19 Qui de anno 1563. Madriti congregati fecerunt optimas conſtitutiones ; & circa electionem Generalis conſiderantes, quod iuxta Bullam Pij IIII. quæ approbabat formam eligendi Generalem datam de anno 1550. Congregationi non remanebat vnquam electio actiua Generalis : ſed ſolum nominatio : & Monaſterio nunquam remanebat paſſiua electio ſui Abbatis ex proprio gremio ; vt ex attentatis actibus Capituli generalis de anno 1556. facile erat conijcere ; ſtatuerunt, ſub beneplacito S. S. vt in vno triennio Conuentus S. Benedicti nominaret duos Monachos ex vniuerſa Congregatione : ex quibus Capitulum vnum eligeret in Abbatem Monaſterij , & Generalem Reformatorem ad triennium ; & in ſequenti triennio idem Capitulum ex vniuerſa Congregatione alios duos nominaret : ex quibus Conuentus S. Benedicti vnum eligeret in ſuum & Generalem Abbatem ; & ſic alternatim fieret ſingulis futuris triennijs in perpetuum. vt in Sum. n. 19. §. 2.

20 Deliberatio huiuſmodi adeò placuit vniuerſæ Congregationi , vt in Capitulo generali de anno 1565. die 26. Maij dictam deliberationem acceptauerint , & firmauerint in perpetuam Concordiam , & conſtituerint Procuratores ad peteñ. illius confirmationem à Sede Apoſtolica. vt in Sum. n. 19. §. 1. 6. 7. & 8. prout dicta confirmatio fuit petita, & obtenta de anno 1567. à fęl. rec. Pio V. vt ibidem n. 20. & 21. & ſucceſſiuè in Capitulo generali de anno 1568. fuit prædicta Concordia redacta in perpetuam Conſtitutionem. vt ibi n. 22. & tunc , & deinceps pacifice fuit obſeruata in Capitulis ſequẽtibus,vſq; ad Capitulum de anno 1589. incluſiuè.

21 In quo legitimo & pacifico ſtatu inſtabilis , ac ambitionis procellis agitata Congregatio die 6. Maij dicti anni 1589. in Capitulo generali, nulla, nedum exiſtente , ſed nec etiam expreſſa cauſa, ſeu occaſione,declarauit ſibi diſplicere, ꝙ Conuentus

S. Bene-

S. Benedicti in ſuo triennio eligeret Generalem; & ideo narrans aliàs dediſſe mādatum ad ſupplicañ. Regi, quòd electio Generalis fieret per vniuerſam Congregationem, nominante dicta Congregatione ſolummodo vnam perſonam, quæ eſſet Generalis, abſq; eo q̃ Domus S.Benedicti poſſet eligere, vel nominare aliquo triēnio dictum Generalem, prout hactenus fecit.

22 Iuxta decretum factum die præcedenti, excluſis Monachis filijs S.Benedicti, tanq̃ aduerſarijs, confingeñ. cauſam cum dicto Monaſterio habere, ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ compromiſit in Regem Catholicum Philippum II. & poſuit in eius manibus determinationem, & vltimam ſententiam ſuper dictis cauſis, & forma electionis: vt Sua Maieſtas determinaret, & iuberet id, quod ſibi melius viſum fuiſſet, & placuiſſet, & vidiſſet conuenire cultui diuino, quieti, paci, & trāquillitati, & augmento Religionis: & ſe obligauit de ſtando eius laudo proferen. in ampliſſima forma. vt in Sum. n.23.

23 Succeſſiuè die 20. eiuſdem, Congregatio, narrato dicto compromiſſo facto in Regem ſuper iure, quod ipſa prætendebat habere circa electionem Generalis, ad hoc vt contenta in dicto compromiſſo ſortirentur effectum optatum, conſtituit Procuratores Fr.Hieronymum de Gante, & alios inſolidum ad compareñ. coram Rege & interueniendum, & tractādum, & communicandum omnia contenta in dicto cōpromiſſo de & ſuper electione Generalis, & ad facieñ. diligentias in informañ. Sua Maieſtate de eo, quod Congregatio pro quiete, & bono illius prætendit, & ad facieñ. ſuper præmiſsis omnes diligentias neceſſarias, & eis beneviſas, licèt tales, quæ requirerent ſpeciale mandatum & præſentiam principalium: nam quàm plenum & ſufficiens mandatum ipſa habet ad præmiſſa, illud conceſſit dictis Procuratoribus, cum omnibus ſuis incideñ. dependeñ. annexis, & connexis, & cum libera & generali adminiſtratione. vt in Sum. n.24.

24 His intellectis Conuentus S.Benedicti miſit ad Regem Fr. Petrum de la Cueua, & Fr. Ioannem de Silua ſuper hoc negotio: qui vna cùm Fr. Hieronymo de Gante Procuratore Congregationis tractarunt coram Conſiliarijs, & alijs perſonis Religioſis ad hoc Deputatis, informarunt, & diſcuſſerunt ſuper dicta electione Generalis: vt apparet ex atteſtatione Regis. in Sum. n.25. & n.29. §. 4.

25 Et ex informatione huiuſmodi Deputati à Rege reſoluerunt, cauſas & controuerſias huiuſmodi ſic poſſe componi: Quod electio actiua Generalis in totum ſpectet ad Capitulum generale, abſq; participatione Conuentus S.Benedicti, & eius Monachorum: exceptis illis, qui interueniunt dicto Capitulo: Quòdq; dictum Capitulū generale de anno 1592. eligeret in Generalem perſonam idoneam ex vniuerſa Cōgregatione: & ad triennium proximum de anno 1595. eligeret perſonam ex Conuentu S.Benedicti ad aliud triennium; & ſucceſſiuè idem ſeruaretur in alternis triēnijs in perpetuum; & hanc reſolutionem, & alias in alijs factas, & iam ſupra relatas §. 1. reduxerunt in certa Capitula ſcripta manu dicti Fr. Hieronymi de Gante; illaq;, ad hoc vt Rex cognoſceret firmata fuiſſe cum communicatione vtriuſq; partis, ſubſcribi fecerunt à dicto Fr.Petro de la Cueua præſente Fr.Io.de Silua interuenieñ. pro Monaſterio, & à dicto Fr.Hieronymo de Gante Procuratore Congregationis. vt in Sum. n. 26. §. 5. in fine.

26 Vnde Rex habens auctoritatem ex cōpromiſſo à ſola Congregatione; vt haberet ēt conſenſum expreſsū Monaſterij, die 18. eiuſdē menſis Aprilis tranſmiſit Conuentui S. Benedicti copiam dictorum Capitulorum, cum ſuis literis: in quibus hortabatur ad illa acceptañ. vt in Sum. n. 25. Quibus dictus Conuentus reſpondit cum ſuis literis die 8. Maij dicti anni 1591. in quibus propter reuerentiam Regis dicta Capi-

Digitized by Google

tula acceptauit; & ſupplicamus legi dictas literas, in quibus eſt prædictio præſentis controuerſiæ. vt in Sum. n. 27. & die 13. Iulij eiuſdem anni conſtituit eoſdem Fr. Petrum de la Cueua, & Fr. Io. de Silua Procuratores ad acceptañ. quicquid per Regem determinaretur. vt in inſtrumento inſerto in laudo Regis, in Sum. n. 28.

27 Quibus habitis, Rex die 22. Septembris 1591. in Monaſterio Regio S. Laurentij del Eſcurial protulit laudum; in quo in omnibus & per omnia dicta Capitula confirmauit. vt in Sum. n. 29. à §. 4. vſq; ad 9. & deinde 25. die eiuſdem menſis Procuratores Monaſterij dicti Fr. Petrus de la Cueua, & Fr. Io. de Silua illud laudum, & ſententiam acceptarunt. vt in Sum. n. eodem 29. §. 10. & ſucceſsiuè Rex nomine ſuo, & dictorum Conuentus, ac Congregationis, narrato ſtatu præcedenti, & diſcordijs vltimo loco ſubortis, ſupplicauit S. D. N. pro opportuna prouiſione: & S. Sanctitas huiuſmodi ſupplicationibus annuendo, cum conſilio Illuſtriſs. & Reuerendiſs. bo. mem. Card. S. Seuerinæ perpetuò ſtatuit, & ordinauit, electionē Generalis, & alia fieri debere modo, & ordine in dictis Capitulis & laudo expreſsis: & mandauit ſtatuta, & ordinata huiuſmodi tam à Conuentu, quàm à Congregatione inuiolabiliter obſeruari debere; & ad id ſub pœnis compelli poſſe, appellatione poſtpoſita, & cum clauſula ſublata, & decreto irritanti. ſub dat. die prima Martij 1591. vt in Sum. n. 1. à §. 12. vſq; ad finem Bullæ.

28 Poſtea die 6. Iunij 1592. in Capitulo generali, habito prius ab Epiſcopo Salamātiñ. Bullæ exequutore vnius integri diei tempore, ad deliberandum: dicta Conſtitutio fuit acceptata, & eius obſeruantia iurata, tam à Conuentu S. Benedicti, quam à Congregatione. vt in Sum. n. 30. & 31. ac in electione Generalis fuit obſeruata; & eadem acceptatio iuramentum & obſeruantia interuenerunt pacificè, & quietè abſq; aliquo Bullæ exequutore in alijs duobus Capitulis generalibus ſequentibus, de anno 1595. & 1598. vt in Sum. n. 32. & 33. & vſq; ad præſens, propter determinationem Regis, qui illud ſic protulit in laudo. vt conſtat in Sum. n. 29. §. 9. ſemper Congregatio habuit hanc Conſtitutionem etiā pro Concordia: vt conſtat ex eius acceptationibus, & Iuramentis de anno 1595. & 1598. in Sum. n. 32. & 33. & ex alio decreto Capituli de anno 1598. vt ibi n. 34. & ex Memoriali miſſo Romam ad Procuratores ab hoc vltimo Capitulo de anno 1601. vt ibidē n. 42. & ex mandato huius Fratris de eodem anno. vt ibi n. 41.

29 Imò cum in dicto Capitulo de anno 1598. orta fuiſſent quædam dubia circa obſeruantiam dictæ Conſtitutionis; fuit ordinatum, quod pro illorum diſſolutione adiretur ſedes Apoſtolica. vt in Sum. n. 34. & fuit ex commiſsione Sanctiſſimi adita Sacra Congregatio Regularium, quæ declarauit vt in Sum. n. 35. & ſuper eis fuit expeditum Breue. vt ibidem n. 36.

30 Sed occaſio petendi declarationem dictorum dubiorum, & quidam vani fauores, de quibus modo ſilemus, concitarunt animos quorūdam particularium ambitioſorum, cum commoditate Procuratoris in Rom. Cur. ad peteñ. reuocationem dictæ Conſtitutionis S. D. N. incuſañ. calumnioſè Monaſterium Valliſoletañ. de pluribus, de quibus ſunt conuicti falſum detuliſſe. vt in Sum. n. 37. 38. 39. & 40. & aſſereñ. vt dictum eſt, hanc Bullam eſſe ſubreptitiam, vz ex defectu mandati, & conſenſus Congregationis: vnde orta eſt præſens lis.

31 Ex quibus conſtat primo de rationabili cauſa diſpoſitionis Bullæ huius, & Superioritatis Monaſterij S. Benedicti: tam ex eo, quod à ſui fundatione vſq; ad præſens ſemper inuiolabiliter obſeruauit clauſuram & Regulam; quàm ex eo, quod fuit fundator aliquorum, & Reformator omnium Monaſteriorum Congregationis: imò reformauit aliorum Ordinum plura Monaſteria Valliſoleti, & alias Congregationes

tam

Digitized by Google

tam ſui Ordinis,quàm aliorum:de quibus dicere per ſingula ſuperſedemus: Secundò,quòd Superioritas illi fuit conceſſa, tam auctoritate Capituli, & ipſius Congregationis,quàm Apoſtolica.:Tertiò quia ex huiuſmodi Superioritate sẽper proceſſerunt optimi fructus; & nullum non ſolùm non fuit ortum, ſed nec etiam imputatũ delictum, ſeu ſcandalum.: Quartò & vltimo, quòd per dictam Conſtitutionem non ſolùm aliquid non fuit dicto Monaſterio tributum; ſed etiam ex eius antiqua poteſtate, & auctoritate multùm ſublatum, & ſubtractum: quodq; Monaſteriũ ipſum, ſi non formidaret ambitionis notam, cum maxima ratione poſſet petere reſtitutionem ad ſuam priſtinam, ac per 120. annos cõtinuatam Iuriſdictionem eligeñ. ſuum, & Generalem Abbatem, de facto,& ſine cauſa ab eo ſubreptam..

32 Secundò principaliter probatur, & oſtenditur iuſtitia diſpoſitionis Bullæ; quia ex omnibus querelis, tam antiquis,quàm modernis ipſius Congregationis, nihil aliud colligi poteſt contra Monaſterium,niſi quod habeat Superioritatem ſuper alijs: qđ fundamentum procedit à radice obliuionis beneficiorum receptorum, à contemptu meritorum, ab inuidia, & à Sororibus ambitione, & auaritia; vnde in nulla debet haberi conſideratione.

33 Tertiò, quia negari non poteſt,quin in modo gubernandi,& regendi attendi etiam debeat conſuetudo, quæ ſine rationabili cauſa oriri non ſolet, neq; orta mutari: & illa ſtañ. non modo Conſtitutio non eſt reformanda in eo, quod non ſatisfacit Cõgregationi; ſed etiam eſſet reducenda ad primæuum ſuum ſtatum liberæ facultatis eligendi ſolius Monaſterij, præſertim cùm hic habeamus non præſumptam, ſed veram cauſam & iuſtam talis conſuetudinis eligendi Generalem.

34 Quartò, quia ſumus in caſu, quo Abbas Generalis eſt etiam Abbas ipſius Monaſterij: vnde ſi Monaſterium non haberet aliquam præeminentiam in illius electione, eſſet deterioris conditionis quàm alia Monaſteria, quæ habent ex ſuo gremio Abbatem, ex ſpeciali etiam ordinatione Capituli generalis. vt conſtat in Sum. nu. 34. S. 2.

35 Quintò, quia ſi velimus attendere diſpoſitionem iuris communis, de quo electio Abbatis ſpectat ad ſuum Conuentum, Monaſterium ſolum deberet eligere ſuũ Abbatem,prout antea eligebat: Vnde ſicut ratione poteſtatis,& tituli Generalis Reformatoris,Conſtitutio voluit,quod electio fiat à Capitulo generali,ita iuſtè voluit cõpenſare cum hoc, quod alternatis vicibus debeat eligi Monachus eiuſdem Monaſterij.

36 Sextò,quia etiam de iure communi electio Abbatis debet fieri ex gremio Monaſterij, & propterea Abbas Generalis, tanquam Abbas Monaſterij S.Benedicti deberet fieri ex Monachis profeſſis in eodem Monaſterio; & attento,ꝙ eſt Abbas Generalis, iuſtiſsimum fuit temperamentum, quod vna vice fiat ex gremio Congregationis, & alia vice ex gremio ipſius Monaſterij,in dicta Conſtitutione aſſumptum.

37 Septimò & vltimo, alijs pro nunc omiſſis, quia alia ſingula Monaſteria nõ poſſunt fundare ſuam intentionem in hac parte; quia, vt dixi, ſemper ex eorum gremio fit Abbas ſui Monaſterij; & alternatis vicibus habent in potentia, & vnum ex illis habet in actu alium, qui non ſolum eſt Abbas Generalis, ſed etiam eſt Abbas ipſius Monaſterij S.Benedicti:& ideò ſi tolleretur,quod alternatis vicibus Abbas Generalis non deberet eligi ex gremio ipſius Monaſterij,illius Monachi remanerent perpetuò priuati honore Abbatiali, & membra dominarentur capiti: quod eſſet monſtrum. Vnde cum hac conſideratione non poterat dari minor recompenſa Monaſterio S. Benedicti iſta paſsiua electione alternata in dicta Conſtitutione diſpoſita.

38 Et in ſumma ad tolleñ. Conſtitutionem Papæ acceptatam, iuratam, & obſeruatã

in

Digitized by Google

in iudicio,in quo verſamur,& vt de iure cauſa eſt terminanda; Congregatio tenetur oſtendere cauſam propter quam Conſtitutio de iure non ſubſiſtat,& reuocanda ſit: omiſsis deſiderijs ambitioſis quorundam particularium : qui potius ſunt digni refrænatione : quæ cauſa adhuc deducta non fuit, nec cum veritate deduci poterit: quia veritas eſt in contrarium.

Secunda Pars.

Reſponſio ad obiectiones partis aduerſæ.

§. 1 PRO euacuatione leuium argumentorum Dominorum agentium nomine Congregationis Valliſoletanæ, petẽtis reuocationem Conſtitutionis Pontificis viuentis;Primò congrua & ſufficiens videretur reſponſio:Quod Fr.Petrus de Areualo Procurator à Monachis Congregationis conſtitutus reijciatur à limine præſentis iudicij: quia ipſe vnico medio aſſertæ ſubreptionis dictę Conſtitutionis innititur: & ſubreptionem fundat in eo,quod Conſtitutio contineat Concordiam : & nullus interuenerit cõſenſus Congregationis: quia nemo habuerit mandatum concordandi à Congregatione; ad quod non ſolùm ipſe non habet mandatum à Congregatione; ſed etiam mandatum ab eo dimidium, & à Monaſterio integrum productum in actis expreſsè huic argumento repugnat. Vnde cùm nedùm impugnet Cõſtitutionem ex defectu mandati, ipſe ſine mandato: verùm etiam faciat contra mandatum, iudicium eſſet declarandum nullum, & iuſtè reuocandum, neq; eſſet audiendus.

2 Quod clarè cõſtat ex verbis mandati in Sum.n.41. ibi:Ego Chriſtophorus de Madrigal &c. notificaui præfatis Generali,Abbatibus, & Procuratoribus dictæ Cõgregationis præſentibus, quod ad eorum inſtantiam, preces,& requiſitionem conuocatus fueram ad dictam Congregationem : vt concederent vnum inſtrumentum mandati procuræ Procuratoribus &c. ad cõtradicendum cuidam Concordiæ emologatæ inter dictam Congregationem,& filios Religioſos Domus S.Benedicti ſuper electione Generalis dicti Ordinis; ne obſeruetur, & cuſtodiatur &c. Item ibi:Dixerũt, quod cum ſint anni nouẽ, parum plus vel minus, à quibus inita fuerit quædam Cõcordia valde præiudicialis Ordini, Domibus & filijs illarũ &c. Item ibi : Dicta Cõgregatio mouit litem in Rom. Cur. ſuper nullitate & grauaminibus dictæ Concordiæ. Item ibi : Poſsint, quatenus opus ſit, petere relaxationem à iuramento dictæ Concordiæ : Item ibi : Compareant &c. vt dicta Concordia declaretur nulla circa præmiſſa &c. & alijs pluribus in locis, tam in dicto mandato, quàm alibi. vt in memoriali Capituli eiuſdem de anno 1601. vt in Sum. n.42. §.3. & in iuramento edito de anno 1595. & 1598. de obſeruanda Conſtitutione S. D. N. vt ibidem n. 32. & 33. expreſsè fatetur Congregatio feciſſe dictam Concordiam; quæ neq; talis eſſet, vel appellari poſſet: ſi pro ipſa Congregatione non interueniſſet mandatum.

3 Imò illi Monachi Congregationis dant mandatum ad peteñ. annullationem vnius tantùm partis Conſtitutionis:tanquàm præiudicialis,& grauantis ipſam Congregationem in eo, quod mandat alternis triennijs eligi in Generalem Monachum profeſſum Valliſoletañ. Vnde mandatum concedit facultatem impugnandi Conſtitutionem pro vna parte eius,& ex capite præiudicij, & damni illati ipſi Congregationi; & Fr.Petrus hoc præiudicium,& grauamen deducere deberet : ſed de eo non eſt loquutus:quia illud,facta etiam exquiſita diligentia,adhuc non inuenit.

4 Mi-

Digitized by Google

4 Minus qui inueniet: quia ad docendum, quod electio paſſiua Monachi Valliſoletañ. profeſſi in Generalem alternis triennijs ſit præiudicialis, & grauet Congregationem, oportet oſtendere, quod ante Conſtitutionem huiuſmodi electio paſsiua ſpectaret ad Congregationem, & eius Monachum; & quod per nouam Conſtitutionem huiuſmodi electio à Monacho Congregationis ablata, & in Monachum Monaſterij S. Benedicti fuerit tranſlata: alias non poteſt probari præiudicium, vel aliquod grauamen.

5 Et tantum abeſt, vt Cõſtitutio Sanctiſsimi aliquid in electione Generalis abſtulerit à Congregatione, & eius Monachis: vt potius conſtet multum extraxiſſe à Monaſterio S. Benedicti, & Congregationi conceſsiſſe: vt patet ex ſucceſsiuo ſtatu Cõgregationis per nos relato ſub primo fundamento. Part. 1. à §. 6. vſq; ad 21.

6 Nam cõſtat, quod vltimus ſtatus ante huiuſmodi Conſtitutionem erat iuxta Concordiam confirmatam à Pio V. per quam ſtatutum fuerat; vt vtraq; pars, & Monaſterium & Congregatio ſibi alternatiuè nominarent duos Monachos, ex quibus altera pars vnum in Abbatem Valliſoletañ. & Generalem eligeret; prout fuit obſeruatum. Vnde in hoc vltimo ſtatu Conuentus S. Benedicti in vno triennio habebat Generalem vnum Monachum ſui Monaſterij, quando ad ipſum ſpectabat nominatio; & ſic in vno triennio nõ ſolum habebat electionem paſsiuam vnius Monachi, quam hodie illi concedit Conſtitutio Sanctiſsimi; ſed etiam nominationem duorũ Monachorum; quæ ab eo per dictam nouam Conſtitutionem fuit ablata; & in alio triennio habebat electionem actiuam, quæ per dictam Conſtitutionem Sanctiſsimi ab eo in totum fuit ablata, & Capitulo generali conceſſa: & ſic conſtat, nedum, quod Congregatio nihil habebat, quod ab ea fuerit abſtractum: & ceſſat præiudicium; ſed etiam quod acquiſiuit electionem actiuam omnino liberam in omnibus triennijs: vnde fuit lucrum conſecuta.

7 Penultimus ſtatus, & ſic ante concordiam Pij V. fuit conformis Breui Pauli III. per quod diſponebatur: quod Congregatio nominaret Cõuentui S. Benedicti duos Monachos; ex quibus dictus Conuentus vnum eligeret in Generalem; & Capitulum generale de anno 1559. & 1562. addidit modum, quo ex ijs duobus, ſaltim alternis triennijs, vnus poſſet eſſe Generalis ex profeſsis Valliſoletañ. Vnde hoc ſtatu inſpecto, Congregatio nullam habebat actiuam electionem: & habebat vnam paſſiuam alternis triennijs: & è conuerſo Conuentus S. Benedicti ſemper habebat electionem actiuam: & habebat paſsiuam in alternis triennijs; & Conſtitutio Sanctiſſimi reliquit vtriq; electionem paſsiuam in alternatis triennijs, quæ reſpicit in Cõuentu Valliſoletañ. vnum tantum illius Monachum: & abſtulit à dicto Conuentu electionem actiuam, quæ omnes illius Monachos reſpiciebat; & illam dedit Capitulo generali; Vnde conſtat minus multò hanc Conſtitutionem Monaſterio dediſſe, quam olim dederat Paulus III. per ſuum Statutum.

8 Ante hoc autem Breue Pauli III. Conuentus S. Benedicti per ſpatium 120. ferè annorum, ideſt à tempore Martini V. quo cœpit ædificare, & reformare Monaſteria vſq; ad annum 1550. habuit liberam electionem Generalis: vt iam probatum eſt: Vnde hoc tempore inſpecto, Congregatio nihil habebat in electione Generalis: niſi quatenus à dicto Conuentu eligebantur in Generales Monachi benemeriti eiuſdem Congregationis: & conſequenter non poteſt dubitari per Bullam Sanctiſſimi non fuiſſe aliquid ablatum à Congregatione: ſed benè apparet liberã electionem actiuam, & in alternis triennijs paſsiuam fuiſſe ablatam à Conuentu, & cõceſſam Congregationi; & penitus excluditur præiudicium, & grauamen prætenſum à Conſtitutione Sanctiſsimi.

9 Quæ verò hodie dicta referuntur ab iſto Fratre Hieronymo de Gante, imò ſcripta, ſeu atramento delibuta, producta ſunt in actis, quod tractando per modum conuerſationis fuerit deceptus; & de contradictione in acceptatione Conſtitutionis ex teſtimonio vnius fratris, & de vi & metu, per quæ refertur acceptatam fuiſſe Conſtitutionem, & alia contra publica inſtrumenta, & obſeruantiam eius ſpontaneam, & diuturnam, vel ſunt magis digna riſu, quam reſponſione, vel ſufficit ea negare; cum exaduerſo non probentur; & omnia, quæ à nobis dicta ſunt, luculentiſſimis teſtimonijs in actis, & in Sum. relatis confirmentur.

10 Sed propius accedendo ad informationem aduerſarij; dicit, quod Concordia fuit facta ſine mandato Congregationis, & ad excludendum mãdatum recenſet multos actus occurſos in progreſſu dictæ Concordiæ; & negat mandatum ad præfata, & adducit ſuos Monachos, & Regem fuiſſe deceptos, & ipſum Regem poſtea decepiſſe Papam, quæ non ſunt digna auribus grauiſſimorum Iudicum.

11 Præſertim cum habeamus compromiſſum Congregationis, contradicentibus Monachis Valliſoletañ. in Regem; & Conſtitutionem Procuratorum eiuſdem Cõgregationis ad informañ. Suam Maieſtatem, & ad cauſam compromiſſam: inter quos Procuratores eſt Frater Hieronymus de Gante. vt conſtat in Sum. n. 24. §. 1. & vt atteſtatur ipſe Secretarius Congregationis in Sum. n. eodem §. 2. & eius mãdati facultate in Curia Regis hac in cauſa permanſit per plures menſes, informando cum longis informationibus impreſſis, & faciendo de hac cauſa fabulam in illa Curia ſeculari.

12 Habeamus etiam, quod Rex deputauit quoſdam viros grauiſsimos ex ſuo Conſilio, & alias perſonas Religioſas; quæ cum interuentu d. Fratris Hieronymi de Gante pro Congregatione, & Fratris Petri de la Cueua pro Monaſterio S. Benedicti in pluribus Seſsionibus, & Cõgregationibus diſcuſſerunt differẽtias, & iura vtriuſq; partis; & firmarunt Capitula, quorum factæ fuerunt plures copiæ manu d. Fr. H. de Gante: & de Regis exhortatione fuerunt acceptata per d. Monaſterium S. Benedicti: & Rex protulit ſuum laudum: & ſucceſſiuè mediante eius Oratore Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo Duce de Seſſa petijt illius confirmationem à Sanctiſsimo: qui commiſſa illius reuiſione Illuſtriſs. & Reuerendiſs. bo. me. Cardinali S. Seuerinæ, & habita ab eo integra relatione, edidit Conſtitutionem, de cuius reuocatione nunc agitur.

13 Demum habeamus acceptationem dictæ Conſtitutionis, & promiſsionem de illam obſeruando factam medio iuramento, tàm à Conuentu S. Benedicti, quàm à Congregatione, & effectualem illius obſeruantiam pacificam in tribus Capitulis generalibus de annis 1592. 1595. & 1598.

14 Ex quibus conſtat de compromiſſo & laudo, quæ ſufficiunt ſine alio mandato: præſertim cùm à laudo non fuerit reclamatum; & nihilominus cõſtat etiam de mandato Fr. Hieronymi de Gante, qui interuenit, & ſcripſit Capitulationes, & demùm de ratificatione expreſſa, & promiſsione iurata, ac facto ipſo in tribus præfatis Capitulis generalibus, cum interuallo nouem annorum intermediorum. Vnde arguere Conſtitutionem de nullitate ex defectu conſenſus, eſt negare lucem ſolis.

15 Præſertim cum licèt Congregationis conſenſum in Conſtitutione de qua agitur, demonſtrauerimus ad oculos ex antecedentibus & ſubſequentibus, & licèt reſponſiones exaduerſo datæ, vel datæ ſint ſingulis, & non omnibus ſimul, vel non mereãtur replicationem, magis tamen ſtrictè poſsimus reſpondere: quod nõ ſumus in cõfirmatione Concordiæ initæ inter partes, in qua defectus conſenſus alterius partis poſſet facere confirmationem ſubreptitiam: ſed ſimus in Conſtitutione, & Statuto Papæ: vt ſunt verba diſpoſitiua clara ibi: Statuimus & ordinamus. vt in Sum. n. 1. §. 12. & illa verba in clauſula. Nulli ergo &c. hanc paginam noſtræ abſolutionis,

ſtatuti

Digitized by Google

ſtatuti, ordinationis, voluntatis, decreti, & derogationis &c. neq; aliud in contrarium faciunt alia verba exaduerſo ponderata: ita vt non ſit dubitandum Papã potuiſſe, & voluiſſe ita ſtatuere, non ſolum ſine conſenſu, ſed etiam inuitis Monachis Congregationis.

16 Imò ſic illud intellexit ipſe Procurator aduerſarius, dum de ordine Capituli generalis de anno 1598. ſupplicauit S. D. N. pro huius Bullæ explicatione, his verbis. vt in Sum. n. 35. Ordinauit S.V. per ſuum Motum proprium anno 1591. ad inſtantiã Congregationis S.Benedicti Hiſpaniarum modum ſuarum electionum, tam Generalis, quàm Abbatum; & cum de nouo offerãtur aliquæ difficultates &c. in dicto Motu proprio; propterea &c. & S. D. N. in ſuo Breui de anno 1599. propoſitis ſibi faciens ſatis difficultatibus, denuò confirmat continere Bullam hanc quandã S.Sanctitatis Conſtitutionem, his verbis. vt in Sum. n.36. noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſub dat. 1.Martij 1591. &c. modum & formam electionum tam Generalis, quàm aliorum Abbatum huiuſmodi de cetero facieñ. præfiniuimus, & obſeruari mandauimus: prout in noſtris &c.

17 Et quidem Sanctiſsimus motus fuit ad ſic ſtatuendum non ex eo, quod ità concordatum fuerit inter partes: ſed quia informatus ab Illuſtriſs. bo:me: Card. S.Seuerinæ de ſtatu, & immemorabili præſcriptione Superioritatis, ac electionis actiuæ, & paſsiuæ Monaſterij S.Benedicti potius diminuebat, ſic ſtatuendo, eius præeminentias, quam aliquid illi tribueret; & ideo tunc Congregatio habuit illam pro bona, & optima; ſed prout appetitu, & non ratione regitur, hoc bono obtento, poſteà cogitauit ad melius: & ſi Monaſterium S.Benedicti vellet ſe facere de Capite mẽbrũ, non deficeret cupiditas ambitioſorum, & alia via inquietationes fomentandi. Vnde ſola medela eſt repreſſio nimiæ audaciæ.

18 Qualis eſt, quod dicitur exaduerſo, quod Conſtitutio, ſeu Statutum Sanctiſsimi, eſt Sacris Canonibus contrarium; quaſi Papa non poſsit ius poſitiuum ad ſui libitum mutare; & quaſi in electionibus non poſsit induci cõſuetudo, & inducta nõ debeat ſeruari. Et propterea quæ ſint illæ Conſtitutiones contrariæ non referuntur; & quod plus eſt, fundamento Monaſterij, quod ex legitimis titulis præſcripſit Superioritatẽ, & præeminentias, & quod Conſtitutio Sanctiſſimi potius illi ademit, quàm cõceſſerit, nihil reſpondetur, niſi quod fuit vſurpatio.

19 Et qualis audacia eſt illud aſſertum huius Fratris, quod hæc Conſtitutio eſt nociua, generatiua diſcordiarum, controuerſiarum, & rixarum: ſed vbi ſint iſta nocumenta, diſcordiæ, controuerſiæ, & rixæ, nullibi conſtat: ſed in contrarium ex atteſtationibus Patris Generalis de triennio præterito, qui eſt Monachus profeſſus ex Congregatione, habemus; quod ſub hac Conſtitutione viguit pax, & tranquillitas maxima in Congregatione, & maior quam à 40. annis citra. vt in Sum. n. 38.

20 Non obſtat vltimò vnicum refugium Congregationis, quod aliud ſeruetur in Congregatione S.Iuſtinæ, ſeu Caſſineñ. vel alijs; quia reſpondetur, ꝙ in illa, ſeu illis non adeſt Monaſterium, quod virtute, & meritis ſemper præfulſerit, & alia fundauerit, & reformauerit; vnde iuſte conſtitutum fuerit Caput, & in quo Abbas ſit etiã Reformator Gñalis; vt eſt Monaſteriũ S.Benedicti in Cõgreg. Valliſoletañ. & ẽt q̃a ex qualitate perſonarũ, & Regionũ, vna cõſuetudo ex rõnabili cã potuit induci in illis Cõgregationib⁹, & alia diuerſa, ẽt cauſa iuſta & honeſta, generari in iſta. Et breuiter & verè loquendo, cum ſubiectio Monaſteriorum Congregationis ad Valliſoletañ. ſuum Caput ſit ratio, & cauſa querelarum; & tamen illa ſit iuſtiſsima, & ex iuſtiſſimis cauſis introducta, & ipſius Congregationis reformationi conſeruandæ apprimè neceſſaria, omnes querelæ debent reijci, tanquam indebitæ vexationes.

Quamobrem &c.

Antonius Maria Coratius.

Digitized by Google

VALLISOLETAN. PRÆEMINENTIARVM.

I. IVRIS.

§.1. R.de Pater. Conſtitutio & Bulla S. D. N. Clementis in eo, quod mandat alternis triennijs eligi Abbatem generalem totius Congregationis ex gremio Monaſterij S. Benedicti, & ex gremio totius Congregationis, cum ſit facta in confirmationem, & executionem laudi lati per fę: re: Philippum Regem II. in quem Congregatio fecit compromiſſum, & cuius determinationi conſenſit Monaſterium, eſt de iure valida: quia potuit hoc idem priuilegio, & conſuetudine introduci ad tex. in c. Abbate S. Siluani, & ibi gloſ. in ver. conſuetudinem, & in ver. iuxtà Paſchalis, quas alij ibi ſequuntur de verb. ſignif. & in c. cum Eccleſia Sutrina, & ibi gloſ. in ver. de conſuetudine; quam ſequũtur ibi Abb. & alij de cauſ. poſſ. & proprietat. c. cum dilectus filius, de conſuet. & ideò non debet reuocari, c. decet, & ibi not. de reg. iur. lib. 6.

2. Quinimò cùm conſtet de antiqua conſuetudine obſeruata vltra centum annos, non ſolum habendi alternatiuam electionem paſsiuam Generalis, ſed etiam pluſq̃ alternatiuam, illa ſola tribuerat Ius Monaſterio S. Benedicti, vt deberet pluſquàm alternatiuè eligi Generalis Abbas ex illius gremio: ad tex. & ibi not. in d.c. Abbate S. Siluani, de verb. ſignif. & ad tex. in c. ad hæc, de exceſſ. Prælat.

3. Quod etiam oſtenditur eſſe valdè æquum, & conueniens; nam ille qui eligitur Abbas Generalis totius Cõgregationis, eſt etiam Abbas in particulari Monaſterio S. Benedicti: & ſic debet de illius gremio eligi, c. Abbatem. 18. q. 2. c. nobis de Iure patr. gloſ. in c. cum dilectus filius. in ver. conſtitutum, de conſuet.

4. Nec propterea, quòd eligitur Abbas Generalis ex gremio Monaſterij S. Benedicti, electio eſt contra diſpoſitionem Iuris Eccleſiaſtici: quaſi quod Monaſterium ſit quid diuerſum à Congregatione; quia Monaſterium ſimiliter eſt de Corpore Congregationis, & illius Caput; vt enunciatur in pluribus antiquis documentis; & ſic eligẽdo Abbatem ex gremio Monaſterij, dicitur etiam fieri electio ex gremio Congregationis: iuxtà diſpoſitionem iuris communis.

5. Et attento ſtatu præcedenti ante Conſtitutionem S. D. N. prout attendi debet, c. cum Eccleſia, & ibi not. dè cauſ. poſſ. & propriet. c. querelam, de elect. c. conſultationibus de iure patr. Conſtitutio eſt potiùs præiudicialis Monaſterio, quàm Congregationi: quia vt deducitur in Facto, Conſtitutio reſtringit auctoritatem, qua anteà vtebatur Monaſterium circa electionem Abbatis Generalis, & ampliat facultatem Congregationis: & ſic ex iſto capite Congregatio non eſſet audienda.

6. Non obſt. quod dicitur Conſtitutionem reddi obreptitiam, eo quia non verificatur eius narratiua, ꝙ fuerit per Congregationem ſupplicatum Papæ, nec adhuc ſufficere aſſertionem Papæ; quia contrarium eſt verius per conſ. Gemin. 33. quod Rota ſæpius ſequuta fuit, & Creſcen. & Put. exaduerſo allegati non dicunt contrarium, & Rot. Diuerſ. 171. par. 1. nu. 3. ſequitur affirmatiuam.

7. Præſertim quia Bulla fuit per Congregationem acceptata, & iurata, & Congregatio poſtea vſa fuit Conſtitutione, in qua continetur narratiua ſupplicationis: & quis vtendo inſtrumento, approbat omnia in eo contenta: Dec. poſt alios in l. ſemper qui non prohibet num. 9. ff. de reg. iur.

8. Non obſtat, quòd deficiente conſenſu Congregationis quoad contenta in Conſtitutione, corruit etiam ipſa Conſtitutio in illo fundata. Abb. in c. inter dilectos num. 8. de

fid.

Digitized by Google

fid. inſtrum. nec ſuffragatur clauſula Conſtitutionis, quia Papa nunquam ſupplet conſenſum. Iaſ. in l.more.num.34.de iuriſd.omn.Iud.Dec.in c.2.num.7. de confir. vtil. vel inutil.nam in propoſito ſatis conſtat de conſenſu Congregationis, quæ compromiſſum fecit in Regem:& conſtituit Procuratorem ad tractan. huiuſmodi negotium in Curia Regis; qui toti tractatui interuenit; & Laudo ferendo conſenſit: & Capitula ſubſcripſit; & poſt latum Laudum,& illud confirmatum à Papa, confirmationem acceptauit,& iurauit:& illa cõfirmatione in pluribus Capitulis fuerunt vſi; adeò, vt non poſſit amplius de illorum conſenſu dubitari.

Hic etiam conſenſus expreſsè probatur ex Inſtrumento mandati Congregationis, quod exaduerſo fuit exhibitum, vt in Sum.num.41.in quo Congregatio aſſerit; quod ante nouem annos fuit facta Concordia inter ipſam Congregationem, & Monaſteriũ; & quòd fuit mota lis ſuper grauaminibus d. Concordiæ; & in alio Memoriali Capituli generalis de Anno 1601.in Sum.num.42. petit reformationem Breuis de Anno 1599. iuxtà mentem Monaſterij:dum non reuocabitur Concordia, quæ eſt confirmata per S. S.& in Capitulis generalibus de Anno.1595. & 1598. iurauit Bullam,aſſerendo fuiſſe nouam Concordiam:vt in Summ. numer. 32. & 33.quæ narratiua contra ipſam Congregationem plenè probat l.optimam.& ibi not.C.de contrah.ſtipulat. & ſic iuncta obſeruantia ſubſequuta,non poteſt de conſenſu Congregationis probabiliter dubitari. 9.

Non obſtat quod dicitur Conſtitutionem iſtam proceſſu temporis dignoſci eſſe nociuam,& ad iniquitatem declinare:quia ex illa oriantur plures diſſenſiones, & mala; & ideò veniat reuocanda,c. ſuggeſtum.de decim.Pariſ. conſ. 40.numer.7.lib.4. Primo quia hoc eſt voluntarium aſſertum Fr.Petri:ſecundo,quia adhuc dato hoc, & non conceſſo,diſſenſiones,& mala non oriuntur ex Conſtitutione;ſed ex inconſtantia, & ambitione quorumdam Monachorum particularium,cupientium effugere reformationem. 10.

Non obſtat quod dicitur,Concordiam fuiſſe factam per vim, & metum,& ideò non obſeruandam.Fel.in rubr.de treug.& pac.num.1.quia non fuit probatum quod dicitur de vi & metu. Ex ijs, &c. 11.

Nicolaus Angelius Aduoc. bon. mem.

II. IVRIS

Prima pars ſtatuit,& confirmat eſſe iuſtam Conſtitutionis in Bulla S. D. N. diſpoſitionem.

R.[de] Pater. Graue nimis,& reprehenſione digniſſimum, quod pauci quandoq; non tàm de ratione,quàm de propria voluntate,ad ordinem Eccleſiarum procedere non permittunt.Sunt verba text.in c.1.de his,quæ fiunt à maior. par. cap.Vnde multo grauius, & maiori dignum reprehenſione, quod pauci Monachi ſtatum Congregationis Valliſoletan.in quo per tot annos prudentiſſimè ordinata ſub ſuo ſuaui iugo pacificè conquieſcit,perturbare contendant, contra decreta expreſſa Capitulorum generalium: cum huiuſmodi innouationes ſint tanti momenti, vt ſecundum aliquos,vno etiam contradicente, à reliquo Capitulo fieri non poſſint.Innoc.in c.cum olim,quod legit,cum c.accedentibus.in fin.verſ.nam in hoc caſu,ſi omnes de Capitulo, §. 1.

&c.de

&c.de priuileg. Abb.in c.cum omnes.ſub num.6.verſ.item Innoc. hic,&c. & ibidem Felyn.ſub num.18. in 2.fallent.de conſt.Idem Abb.in c. veniens.ſub num. 21.de præſcrip.

2. Et ideo cum Aduerſarius poſtulet in Commiſſione euerſionem regiminis Congregationis totius,à tot annis retro benè inſtitutæ, non videretur audiendus, niſi doceret de ſpeciali mandato.Nam hæc eſt res grauiſſima, & quæ pendet ab intentione Capituli,& Monachorum Congregationis; de quibus non eſt credendum velle carere perpetuo eo honore,qui ſibi accreſcit ex eo quod ſint alternatiue particulares Abbates Monaſterij Valliſoletan.quo tamen alias eſſent cárituri; cum Monaſterium habeat fundatam in iure communi ſuam intentionem circa electionẽ ſui Abbatis,tàm actiue, quàm paſſiue;& habeat ſemper plures profeſſos Monachos graues,qui perpetuo eſſent eligendi in Monaſterij Abbates: vnde ad hoc quod petit Aduerſarius,non ſufficit mandatum generale,ad not.in c.fin.de iuram.calumniæ.in 6.Alex. Conſ.26.num. 11. lib. 6. Pariſ. Conſ.31.num.112.lib.1.Caputaq. Deciſ.168. part. 1.

3. Capitulum vero generale nunquam tractauit de varianda forma regiminis circa obedientiam,& ſubiectionem aliorum Monaſteriorum ad Valliſoletan.& eiuſdem Abbatem:neque id tractare deceret; quia difficilis,& ingrata eſt vitæ mutatio, vt habetur in authen.de Monach.col.1.§.1.& quia conſueta minimè ſunt mutanda l.minimè.ff. de legib.ſed neque de eo tractare poſſet:alias illud tractantes in pœnas,& excommunicationem latas ab Innocent. VIII. inciderent: & Monaſteria eorum fierent ipſo facto Conſiſtorialia,ſicut olim; qua ratione Capitulum generale de Anno 1500. huic periculo grauiſsimis remedijs prouidit,vt in Sum.num.10.§.1.

4. Imo ſpeciale mandatum Aduerſarij ſuæ poſtulationi contradicit; vt benè deducitur in Facto,ex Sum.num.41.§.1.& 3.& num.42.§.3.Vnde arguens de ſubreptione Bullam S.D.N.agit contra ordinem ſui mandati, & c.ne innitaris. & gloſ. ibidem de conſtit. c. prudentiam.de offic.delegati.c.extra conſcientiam.64. diſt.l.humanum.C.de legib. & l. dubium non eſt.C.de repud.

5. Ergo cum ex iſto capite iudicium ſit nullum,& iuſte reuocandum: præcipua ratio, qua ad mentem Congregationis nituntur Domini ex aduerſo ſcribentes perſuadere reuocationem Bullæ S.D.N.pacifice vſque obſeruatæ de Anno 1592.eſt,quod alternatiua electionis Abbatis S.Benedicti Valliſoletan. in ea diſpoſita, ſit alijs Monaſterijs præiudicialis:ſed neque explicant in quo conſiſtat huiuſmodi præiudicium; neque videtur quomodo illud explicare poſſint.

6. Nam ex deductis in Facto,& ex Iuribus in Sum.datis clariſſimè conſtat:quod iſte Conuentus Valliſoletan.fuit fundatus, exemptus, & liber, & immediate ſubiectus S. Sedi Apoſtolicæ, & quod poſtea reliqua Monaſteria ſuæ Congregationis illius clauſuram,& obſeruantiam imitantia paulatim fuerè illi aggregata, & ſubiecta; itaut Abbas illius Monaſterij eſſet aliorum Generalis,& ipſe cum Monaſterio eſſent Caput eorum; & omnia ſimul vocarentur, Congregatio de Obſeruantia Monaſterij S.Benedicti Valliſoletan.vt omiſſis Literis Eugenij IV. in Sum.num.4. manifeſte comprobatur ex ſolis Conſtitutionibus Innocentij VIII.ibi num.8.& Alexandri VI.ibi numer.9.& 12. & ex Statutis Ordinis,ibidem num.9.10.& 11.ad quos SS.Pontifices, cum Ordo S. Benedicti,iuxta gloſ.in Clement.ne in agro, non habeat generale Caput, ſpectabat illud in Valliſoletan.Congregatione inſtituere:ex c.ſicut vnire.de exceſſ.prælat.Oldrad. Conſ. 204.Vnde nihil iuris à Monaſterijs alijs, ſiue ſingulis,ſiue vnitis,auferentes,Monaſterium & Abbatem Valliſoletan.in locum Abbatis Cluniacen. ſeu Caſæ Dei, ſeu Ordinariorum,quibus ſuberant,ſubrogarunt.Idemque probatur ex Decretis Capitulorum generalium de Anno 1494. & 1500. confirmatis ab eodem Alexandro VI. vt in Sum. num.9.& 12.quæ ſola Iura videre ſufficit,pro huius antiquioris ſtatus veritate.

Ex his

Digitized by Google

Ex his enim,vltra alia,quæ in Sum.dantur, conſtat de duobus præcipuè:alterum_, quod Conuentus Valliſoletan.& eius Superior eſt ab origine Caput, & Generalis to- 7.
tius Congregationis:alterum,quod d. Abbas S. Benedicti eligebatur à ſolo Conuentu Valliſoletan. vt in ſpecie legitur in Decreto Capituli generalis de Anno 1500. vt in Sum. num. 11. in quo cum ageretur de aliquid innouando circa hanc formam eligendi d.Abbatem,tandem fuit reſolutum,nihil eſſe innouan. & ſic ibi non inducitur noua forma eligendi:ſed antiqua confirmatur,quam Paulus II.cõfirmauerat de Anno 1466. vt in Sum.n.7.§.1.& 2.ad quã etiam tunc Patres ſe retulerunt; quo tempore,ſicuti per plures annos ſequentes,erat Abbas Generalis R. Præſentatus P.Petrus de Najera profeſſus ex Congregatione:vt ex ſerie Generalium oſtenditur: per quod conuincitur hoc geſtum eſſe per ipſius Congregationis ſummam obſeruantiam, & prudentem oeconomiã:& non,vt ex aduerſo dicitur,per Cõuentus Valliſoletan. vel vim,vel ſuggeſtionẽ.

Vltra quod hoc alia probatione non indigebat; quia cum ille ſit Abbas proprius il- 8.
lius Monaſterij,non poterat de iure communi ab alio eligi, quam à Monachis Valliſoletan.c.1.& ibi gloſ.in verb.congregatione.Card.in 2.notab. & Abb.num.1.& alij omnes de elect.Azzo.in Summ.eod.tit.§.quis poſſit eligere; nec poterat (ſaltim de honeſtate) alius eligi,quàm profeſſus eiuſdem Monaſterij, vt in c.cum ſingula.§. prohibemus.de præben.in 6.Clement.1.de elect. & vtrobique ſcribentes.

Communicatio verò regiminis Congregationis Caſſinen. quæ exaduerſo refertur, 9.
fuit tantum facta à Iulio II.de Anno 1505. neque Papa conceſſit ea lege communicationem priuilegiorum Caſſinen. Valliſoletan. Congregationi,dummodo ſe conformaret in regiminis modo præfatæ Congregationi,vt exaduerſo narratur: ſed abſolute, vt ex Bulla conſtat;in Sum.num. 13. §.1.neque mandauit, vt illa communicatio regiminis acceptaretur ſimpliciter; ſed illam conceſſit cum duplici reſtrictiua,vt habetur ibi: videlicet,quantum patriæ diuerſitas patiebatur,& quantum Abbati Generali,& Diffinitoribus in Capitulo generali viſum fuiſſet:vbi non dixit,quantum Præſidi Generali, qualis eſt Superior in Congregatione Caſſinen.ſed Abbati Generali, videlicet Abbati Monaſterij Valliſoletan.quem præſupponebat futurum eſſe perpetuo Generalem;vt in ſimili conceſſione illud explicuit Clemens VII.vt in Sum.num.16.ſicuti neque præſumitur per illam conceſſionem generalem voluiſſe Monaſterio illi particulari ius quæſitum tollere:iurib. vulg.neque alijs Monaſterijs electiones ſuorum Abbatum auferre_, quas habebant de iure communi;quæ illis fuiſſent auferendæ,ſicuti in Congregatione Caſſinen.ſi,de electionũ ſpeciali conſuetudine immutãda,fuiſſet illa Bulla intelligẽda.

Deinde ſciebat bene Iulius II. ſuggerente id Rege Catholico, non eſſe adhuc ſta-
tum Monaſteriorum Congregationis confirmatum in obſeruantia,quam à Monaſterio 10.
Valliſoletan. hauſerant,vt Reformatoris Generalis munus cuicumque illorum Abbati committi deberet: vnde ipſe,qui Anno 1505.18.Kal.Iulij conceſſerat Congregationi, vt ſe Caſſinen.in Regimine conformaret, oſtendit clare non cõceſſiſſe de Reformatoris Generalis mutatione,cum eodem Anno 13.die ſequentis Nouembris rurſus Abbatem Valliſoletan.Reformatorem Generalem etiam pro Regno Gallecia,creauerit, in adimplementum Literarum Innocentij VIII. quæ de illa reformatione olim editæ, non fuerant effectum ſortitæ:vt in Sum.num.13.§.2.

Quæ omnia facilius innoteſcunt ex Bullæ ipſius practica, & vſu, quæ firmant priui- 11.
legium:nam de Anno 1509.fuit admiſſa illa communicatio quoad duo, vt in Sum.nu. 14.§.2.3.& 4.hoc eſt, quoad præſidentiam Diffinitorum, & quoad electionem duorum Iudicum,&c.ſed quoad reliqua,& in ſpecie quoad electiones Abbatum Monaſteriorum particularium, & quoad electionem Abbatis Valliſoletan. & Generalis nihil fuit innouatum,neq; ad hoc intellexit vnquam Capitulum generale ſe habere poteſtatem

facultate præfatæ Bullæ: ſed Conuentus Vallisoletanus in ſua poſſeſſione pacificè perſeuerauit:ſicuti & alij etiam Conuentus Congregat. vſque ad Annum 1550.& ſic per 45.annos poſt d.Bullam Iul.II.confirmantibus eundem ſtatum,& idem regimen tam ipſa Congregatione,vt habetur in Conſt.impreſſ.de Anno 1521.1525.& 1528. quam SS.Pontificibus,ad eius inſtantiam.vt in Sum.num.15.& 16.Quare tam ab expreſſa,& ſpecifica acceptatione d. Bullæ in illis duabus rebus ſolum, quam ab hac diutinà continuatione colligitur,ita viſum fuiſſe illis Patribus expedire;& non aliàs admittere d. regimen Caſſinen. arg.c.cum dilectus,de conſuet. l. ſi de interpretatione.ff.de leg. cum concord.

12. Et confirmatur, quia neque quando de Anno 1550. fuit primo mutata forma electionis Generalis Abbatis, tractauit Congregatio de imitando in hoc Caſſinen. regimine;quod ſemper intellexit non eſſe,circa Generalium electionem,loci moribus aptũ: vt requirebatur iuxta Iulij II.diſpoſitionem, & tex.in c.erit autem lex.4. diſt. & l. omnes populi.ff.de iuſt.& iure.Vnde nullum poſſunt Aduerſarij in hoc facere fundamentum ad conſuetudinem ſuæ Congregationis euertendam : imò omnes Conſulti & ſapientes ſemper ſunt opinati,eſſe crimen Maieſtatis,contra conſuetudines antiquas, & contra leges fundamentales Regnorum,Rerumpub.Religionumue, diſputare.

13. De Anno 1550. dumtaxat initium habuerunt iſtæ prætenſiones Partis aduerſæ, & iſtæ diſſenſiones circà huiuſmodi electionem Abbatis Vallisoletan. & Generalis: quarum occaſione poſtea factæ fuerunt duæ Reformationes præcipuæ:vna à Patribus Cõgregationis de Madrid edita,& à Capitulo generali de Anno 1565. nemine diſcrepante,ſub beneplacito S.S.acceptata,laudata,& iurata, & à Pio V. fæ. re. confirmata : vt in Sum.num.20.& 21. altera hæc de Anno 1592. conſtituta à S. D. N. ex quibus prior multum,poſterior plus,& vtraque plurimum detraxit illius Superioritatis,quam antea habuerat Conuentus S. Benedicti: vt ex prædictis patet : & nihilominus Patres illius Monaſterij,vt viros Religioſos decet, ſemper mandatis huius S.Sedis patientiſſimè paruerunt,& illa ad vnguem ſunt executi.

14. Habemus ex his primo,qualiter conſuetudine pluſquam centum annorum introductum fuit in hac Congregatione, vt Abbas Generalis à Conuentu Vallisoletan. liberè omnino eligeretur:quod potuit de iure fieri,c.querelam, de elect.c.cum Eccleſia Sutrina.c.cum olim.de cauſ.poſſ.& propr.quæ conſuetudo legitime præſcripta dedit Monaſterio ius in poſſeſſione,c.ex literis.de conſuet.C.de emancip.l.vltima.C.quæ ſit longa conſuetudo.l.2.11.diſt. in his.c. dilecti : de arbitr.tribuit etiam Monaſterio ius in proprietate,vt in d.c.cum eccleſia Sutrinà.verb.propter breuitatem;& eſt communis Doct. ſententia ibi.Cumque per tam longum tempus perſeuerauerit in illa pacifica poſſeſſione eligendi,quæ de iure illi competebat,quatenus eligebat ſuum Abbatem,& per Apoſtolicas,& Congregationis Conſtitutiones, quatenus eligebat Generalem, nedum S. D.N.Conſtitutio non eſt præiudicialis Congregationi, verum etiam Monaſterium iuſtiſſimè poſſet petere reſtitutionem ad ſuum priſtinum ſtatum;qui cum fuiſſet legitimè præſcriptus ex d c.cum dilectus.atque etiam ex euidenti fructu Reformationis per vniuerſam Cõgregationem,& ex moribus ſtatu eo vtentiũ;quorum approbatione leges,& priuilegia firmãtur, iuxta tex.c.in iſtis.§.1.4.diſt. probauerat benè vſum priuilegiorum Monaſterij; & debuiſſet conſeruari;(ne tot mutationibus aditus in Religione daretur, quot ab Anno 1550.propter ambitioſos Fratres Reformationis curſum inſigniter retardarunt: imo niſi tempeſtiuè de remedio ſemel prouideatur, illum omnino impedient) nam in reliquis certum eſt potuiſſe antiquum illum ſtatum legitime conſeruari: arg. c. fin.de conſuet.d.l.2.quæ ſit longa conſuet.& not.in c.cum omnes.de conſt. d. l. omnes populi.ff.de iuſt.&iur.l.de quibus.ff.de legibus.Quod enim ſemel legitime factũ fuerat,

non

non debuiſſet irritari, 55.diſt.præcepta.l.2.ff.de iti act.priua.l.1.§.caſum.ff.de poſtu.32. q.7.neque furioſus.& c.conſultationibus.de iure patron.

Habemus ſecundo, quod ſuppoſita innouatione in forma eligendi Abbatem Valliſoletan. & Generalem, tranſactio illa, inter Monaſterium, & ſuam Congregationem facta de Anno 1565.& à Pio V. confirmata, dedit nouum, & adeò plenum ius Monaſterio, vt iam quodcumq; ius prætenſum à ſua Congregatione expirauerit: neque illud amplius poſſet allegare, c.1.iuncto c.veniens.de tranſact.& confirmatio Apoſtolica cum clauſula irreuocabilis obſeruantiæ operata eſt, vt actus valeret, etiam ſi aliàs eſſet nullus, ad not.per gloſ.in c.quotiens.de pact.in verb. ratihabitio: & per gloſ.in c.1.de tranſact. verb.auctoritate.cum concord.& per Docto.in rubr.de confirm. vbi Dec. num. 6. & deinceps: & idem Deci.c.prudentiam, in princ.nu.20.de offic.deleg. gloſ. in c. nullus. 9.q.2.Abb.num.9.Felyn.num.3.Ex quo etiam clariſſime conſtat, quàm iniuſte Aduerſarij conquerantur de hac vltima Conſtitutione S.D.N. cum illis nullum prorſus præiudicium attulerit: quo ceſſante, ceſſat etiam principalis ratio, qua tantum exaduerſo ſcribentes fundant illorum intentionem. 15.

Habemus tertio, quod omnes Bullæ, & omnes Ordinis Conſtitutiones clamant, hæc Monaſteria in vnam Congregationem reformatam coaluiſſe; quia Monaſterium Valliſoletan.id effecit; & quia iuxta ipſius obſeruantiam, ſunt modum, & formam viuendi mutuata; nunc verò inſtantia, vt in Ordinis regimine voluntatis eorum tantum habeatur ratio, nihil eſt aliud, quàm vel dicere ſe eſſe reformata, & Monaſterium Valliſoletan. reformatione indigere: etſi res ſic ſe habet, parum petunt: (quamuis illorum eſſet culpa ea, qui in ſuis viſitationibus, & Capitulis generalibus illud non reformaſſent) vel ſi Monaſterium & fuit, & eſt Congregationis decus, & ornamentum, eamque ſibi tantis officijs deuinxit, vt R.P.Generalis ex Congregatione profeſſus etiam atteſtatur, in Sum.num.37.§.2.eſt dicere ſe eſſe gentem ingratam: contra quam eſt text.l. ſi non ſortem.§.libertus.ff.de cond.indeb.& deſidioſam, quæ vel non legat Apoſtolica priuilegia, & ſuaſmet Conſtitutiones, vel negligat ſuæ Reformationis originem, quæ ab omnibus Religionibus tanti ſolent æſtimari; & de qua poſſit dici illud Nicolai Papæ loquẽtis de Monaſtica vita cap. præſens.20.q.3. *Quod quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facile contemnit.* 16.

Et quia ab hoc regimine ſuæ Congregationis ad aliarum Congregationum, ſeu Religionum regimen, parum de ſuo Ordine merẽdo bene, ab Aduerſarijs appellatur: quod habet ſuam reprehenſionem 11.diſt.quis neſciat. & c.cum conſuetudinis. cum ad not. à gloſ.verb.vel nouas.de conſuet.ex pluribus ſimilibus, & exemplis, quæ adduci poſſunt ad æquitatem confirmandam Bullæ S.D.N. ſufficiat in præſentiarum exemplum de electione Correctoris Monaſterij Santiſsimæ Trinitatis in Monte Pincio de Vrbe, paſsiuè reſtricta ad Religioſos ex Minimorum Ordine natione Gallos, tanto iurium, & rationum flumine à Nauarro defenſa libr.1.Conſil. vt lit. pend. conſil. 1. in append. cuius Conſilij omnis ferè doctrina noſtro caſui poteſt applicari; Item exemplum de alternatiua electione paſſiua Generalium Ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia Ciſmontanorum, & Vltramontanorum: Item exemplum Ordinis Carthuſian. in quo Prior Monaſterij Magnę Carthuſię, qui eſt Generalis, à ſolis Monachis illius Monaſterij eligitur: Item exemplum Ordinis D. Hieronymi in Hiſpanijs, in quo quia Prior Generalis eſt ſimul etiam Prior particularis Monaſterij S. Bartolomæi de Lupiana, ſuæ Religionis Capitis, expectante ibidem vniuerſo Capitulo generali, eligitur tantùm actiue ab ipſo Conuentu S.Bartolomæi; Item exemplum Abbatis Ciſtercien. qui eſt totius Ordinis Generalis per Gallias, &c. qui tamẽ eligitur ſolum à Conuentu Ciſtercij, & quatuor primis Ordinis Abbatibus: Tandem exemplum de alternatiua electione paſſiua in Ab- 17.

batem Monaſterij Beatæ Mariæ de Monte ſerrato vnius Monachi, qui ſit ortus ex Corona Regni Aragonum, ex Apoſtolica reformatione tempore Sixti Quinti fel. recor. ſic ſtatuta, & à S.D.N. in Bulla, de qua agimus, confirmata: vt in Sum. num. 1. §. 16.

18. Vnde apparet nihil eſſe inſolens vnum Monaſterium habere, propter ſua merita, priuilegium hoc, vt ſit aliorum ſui Ordinis, ſeu Congregationis Caput, & illius Superiorē eſſe illorum Reformatorem Generalem, & in illius electione tale Monaſterium habere aliquam præeminentiam: vt oporteat viros, qui profitentur Religionem Monaſticam cũ libellis, &c. inuehi coram S. D. N. & corã Rege Catholico in Valliſoletan. Monaſterium ſuum Caput Venerabile, & eius Monachos ſuos Reformatores; ex quibus nihil aliud vltimò colligitur, niſi, quod pro Reformatione conſeruanda, Congregatio habet ſui ipſius Superioritatem in d. Monaſterio: & quod idem huic Congregationi ſe reformandi finis erit, qui parendi ſibi ipſi in Monaſterio Valliſoletan. fuerit: argum. à cauſa ceſſante, &c. & à ſimili membrorum & capitis in corpore ſe mutuò iuuantium; l. 1. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine lib. 3. tit. 4. & ex Apoſt. ad Rom. c. 12. & late 1. ad Corinth. c. 12. c. nouit. de his quæ fiunt à Præla. c. nulla ratione. 63. diſt. c. in apibus. 1. q. 1. Pro quo videndus omnino Oldrad. d. Conſi. 204. Imo optandum eſſet, vt per Germaniam omnem, & per Galliam, &c. reperirentur aliquot Monaſteria huius Sacræ Religionis adeo Regularem diſciplinam obſeruantia, vt ſuis exemplis, & expenſis cetera Monaſteria non reformata ad obſeruantiam ſimilem reducerent: nullum eſt enim dubium, quin S. D. N. maioribus illa priuilegijs condecoraret: quam ſunt ea, quæ Monaſterium habet Valliſoletanum; cuius inſignis Monaſtica obſeruantia, a ſua conditione, extitit Reformationis in ſua Cõgregatione, & nonnullis Monaſterijs diuerſorum Ordinum cauſa efficiens, & in ceteris omnibus per vniuerſam Hiſpaniam cauſa exemplaris: cum ad eius æmulationem omnes in ea Religiones à tempore Regis Ioannis I. incly. mem. inceperint reformari.

19. Igitur hoc regimine Congregationis ſtante, quod nedum ipſa, verum etiam omnes SS. Pontifices ab Eugenio IIII. vſque ad S. D. N. per 166. annos ſemper voluerunt ſtare (inſtantibus pro eo etiam omnibus Catholicis Regibus à Ioanne II. incly. mem. vſq. ad Philippum II. qui omnes ſolo zelo Religionis, & Reformationis conſeruandæ ſunt moti) quærendum eſt ab Aduerſarijs; vt cum Monaſterium Valliſoletan. inter centum & viginti Monachos ibidem profeſſos, conſtet modo multis venerandis Senioribus, & quinquaginta Magiſtris, Theologis, & Philoſophis, & Verbi Dei Prædicatoribus, velint, necne, vt habeat aliquando Abbatem ex proprio gremio? nam ſi nolunt, ſunt iniuſti: cum in ſuis præcipuis Monaſterijs tam pertinaciter velint habere Abbates ibidem profeſſos; vt, etiam ex ſpecifica Conſtitutione Capituli generalis, vt docetur in Sum. nũ. 34. §. 2. oporteat Diffinitorium, in deſignandis eis Abbatibus, illorum deſiderio conniuere: imo cum ſit certum, cum ea conditione, qua Generalatum habet Monaſterium Valliſoletan. ipſos illum in ſuis Monaſterijs nunquam admiſſuros: ſi verò volunt, nihil eſt quod conquerantur de hac Conſtitutione: cum per eam fiat id quod volunt, velleque debent, vt fiat: hic enim concurrit illa *fælix neceſſitas, quæ ad meliora compellit*: vt inquit D. Gregorius. Aeſtimanda potius eſt maximè Conſtitutio Sanctiſſimi, quæ adhibuit quodam medium inter partes, quod oportet ſapiat naturam vtriuſque extremi, ex Ariſtotelis doctrina, & ex c. cunctos. de offic. primic. & Congregationi materiam iniuſtitiæ præcidit, cum hac alternatiua electione paſsiue ad Monaſterium reſtricta; quæ nedum cum Canonicis ſanctionibus non pugnat, verum ab ipſo iure eſt in terminis approbata. c. cum dilectus. de conſuet. c. Abbate Sancti. de Verb. ſignif. & ibi Doct. c. tua nuper. in ver. aſſumatur de ipſa: vt ibi not. Hoſtien. & Doct. de his quæ fiunt à Præl. Nauar. lib. 1. Conſil. de conſt. conſ. 7. num. 1. & eodem lib. vt lite pendente, d. conſ. 1. num. 17. in append.

Se-

Secunda pars reſpondet omnibus Aduerſariorum obiectionibus.

NEque obſtat: quod iſta Concordia, quam in Sum. num. 41. & 42. aſſerunt Aduerſarij, S.D.N. confirmaſſe in hac Bulla, fuerit facta ſine mandato Congregationis. §. 1.

Primo, quuia iam ex ipſorum confeſſione, & in Facto conſtat de contrario; cum potius ipſa Congregatio illam procurauerit per ſpeciales Procuratores ad id deputatos: vt in Sum. num. 24. conſtat, & vt comprobatur ex pluribus atteſtationibus Regis Catholici ibidem nu. 25. & Secretarij actualis Capituli generalis de anno 1589. ibidem. §. 24. n. 2. 2.

Secundo, quia fruſtra quæritur de mandato, quando ſequuta fuit ratificatio, maximè iterata; vt in caſu noſtro fuit in pluribus Capitulis generalibus pacificè, ratificata, & obſeruata; c. ratificatione. de reg. iur. in 6. l. fin. C. ad Vellei. Mohedan. decіſ. 8. de procur. & plus eſt ratificare factis, quam verbis, l. Paulus reſpondet. ff. rem ratam haberi. l. ſemper, qui non prohibet, & ibi Doct. de reg. iur. in 6. Gabr. Conſ. 26. num. 53. & ſeq. lib. 2. 3.

Cui neque obſt. Congregationis aſſerta noua contradictio; nam hic eſt defectus propriæ æquitatis, & turpis ſententiam mutantium mentis vacillatio: & vt dixit quidam ſapiens: ſi, 4.

Quod petijt, ſpernit, repetit quòd nuper omiſit,
Aeſtuat; & vita diſconuenit ordine toto.

Deinde oportuiſſet argumentū aliquod vel verum, vel apparens ſaltim afferre, quod cum contradictione conueniret; quod ſi hucuſque ab Aduerſarijs non eſt inuentum, ſtantibus Monaſterij meritis, propter ſolam talem contradictionem, nequit à ſua poſſeſſione dimoueri; arg. c. quando. verbo, ſuo iure ſine culpa priuari. cum ſuis concord. de diuort. Et certe Fratres, qui non recolunt memoria, quantum perierit decor ſuæ obſeruantiæ ex attentis actibus, & rebus geſtis Fratrum Congregationis de Anno 1556. vſque ad annum 1559. niſi Deus reformationis conſeruationi per Monachos Valliſole tan. profeſſos denuò ſuccurriſſet: & qui fugiunt habere tales Reformatores, quales in ſerie Generalium ab Anno 1550. referuntur in Sum. num. 45. non Monachis Valliſoletanis: ſed ſuæ reformationi ex diametro repugnant. 5.

Non obſtat etiam prætenſa vis, & metus; quia non ſolum non probatur, ſed potius ex obſeruantia pacifica tanto tempore ſubſecuta, omnis illius ſuſpicio tollitur: l. 2. & ibi Bald. & omnes C. de his quæ vi, met. Imo conſtat per varia documenta in Sum. numer. 30. 31. 32. 33. 34. & 37. §. 1. & 5. Congregationem deliberato conſilio, ſpontaneè, libere, & vnanimiter Conſtitutionem acceptaſſe. Pœnarum verò, quæ in illa continentur ipſe Procurator Congregationis fuit auctor, qui informauit, & ſubſcripſit illas ſpecificè eſſe apponendas, vt Conſtitutio obſeruaretur. vt conſtat in Sum. num. 26. §. 5. quantumcunque puerіliter aſſerat modo, ſe fuiſſe deceptum. 6.

Tertio reſpondetur; quòd etiam ſi in d. Concordia defuiſſet mandatum, (quòd non conceditur,) nihil referret: quia diſpoſitio huius Bullæ non pendet à voluntate partium: ſed ab auctoritate Papæ: qui ſolum voluit conſulere quieto ſtatui huius Religionis; vt colligitur ex præfatione Bullæ. Pariſ. Conſ. 144. nu. 12. lib. 4. Dec. Conſ. 327. col. penult, in fin. & ad hoc potuit partes, etiam ſi alias contradicerent, ad pacem & concordiam cogere: Felyn. in rubr. de maior. & obed. num. 6. & ibi Doct. & latè per Alex. in l. æquiſſimum in apoſtilla magna ff. de vſufruct. Beroi. Conſ. 116. vol. 3. 7.

Et quia Aduerſarius refert adhuc eſſe in Congregatione cum hac Bulla rixas, & diſſenſiones; ſupplicamus aduerti maximè: quòd ſi loquitur de regimine totius Religionis, ſtat contra eum in Sum. nu. 38. graue teſtimonium. R. P. Generalis præteriti, qui erat Monachus profeſſus ex Congregatione; aſſerens eſſe maiorem pacem cum hac Bulla in Ordine vniuerſo, & regimen Superioribus ſuauius, quàm à 40. annis citra: 8.

Digitized by Google

cui potius eſt credendum: ſi autem loquitur de ſola electione Generalis, tunc pro in- nocentia Valliſoletanor. Monachorum, ſtat experientia, & effectus, qui denotat cau- ſam, l.rem non nouam, circ. fin. C. de iud. Iuſtin. in proœm. Inſt. §.quorum vtranque viam.c. quatuor 12. q. 2. *& quærere rationem, vbi habemus ſenſum, eſt debilitas intellectus,* inquit Bald.in rubr. ff. de rer.diuiſ.in vlt.col. nam in quatuor Capitulis generalibus ce- lebratis poſt huius Conſtitutionis acceptationem; quando in duobus ex illis, fuit eli- gendus Monachus Valliſoletanus in Abbatem ſui Monaſterij, & Generalem, electio- nes factæ ſunt à Capitulo generali cum ſummo animorum, & ſuffragiorum conſen- ſu. Et hoc ſufficiat pro confuſione particularium ex Congregatione, hanc iniquam li- tem fouentium, & ambientium Generalatum, vel verius Abbatiam Valliſoletan. Qui ſi cum hac illius alternatiua electione paſſiua rixantur tantum, & inter ſe diſſen- tiunt, vt defert hic Frater, cum eius plena libertate ſæpius, & plus rixarentur, & diſ- ſentirent: Imo prætenderent, vt ipſe iam clarè aſſeruit, Abbatiam Valliſoletan. quam neque fundarunt, neque dotarunt, conſtituere pro alimentis ſui Generalis; imo & men- ſam in Abbatialem, & Conuentualem diuidere in ſuis Monaſterijs, ſicuti faciebant an- te reformationem; imo Scholam ambitionis, in locum Scholæ reformationis, in media Curia Regis Catholici, ſubſtituere.

9. Circa inconuenientia, quæ ex hac Conſtitutione ſequi referuntur exaduerſo, illa quæ coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinali Hiſpalen. in Capitulo generali proxi- mo de Anno 1601. fuere propoſita, his verbis ſunt ab eo excepta, vt oſtenditur in Sum.num.43. §.3. *Nulla electio inconuenientibus caret:* quæ verò die 27. Ianuarij præteri- ti Anni 1602. in Monaſterio S. Facundi Regi Catholico, & eius Miniſtris inportuniſſi- mè tradita ſunt, nondum lecta neglecta fuere, & ad S. D. N. remiſſa; quæ inconuenientia cum ſint eadem, cum illis olim propoſitis Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis DD. Cardd. Burgheſio, & Arigonio, reſpondetur ad ea.

10. Primo, quòd non quælibet inconuenientia ſufficerent ad Conſtitutionem S. D. N. annullandam, iuxta tex. in c. præfato Abbate Sancti. in fine, & c. nouit ille. ne ſede va- cante. verb. quia tamen, & gloſ. ibi grauiter dicentem; *Quæ cum deliberatione facta ſunt, non debent ſubito mutari.* Non enim ſtatim vt in corpore morbus quidam, aut diſcraſia acciderit, conſultandum eſt de tollendo corpore, ſed potius de eo ſanando, aut de mem- bro, quòd ſit putridum, exſcindendo; de quo diuine diſſerit S. Auguſt. ad Publicolam Epiſt. 154. Imo talis mutatio non ſolum huic Congregationi, ſed etiam omnibus Re- ligionibus anſam præberet per ſingula annorum nouennaria, vel per ſingulos Pontifi- ces, vel etiam ſub eodem Pontifice, pluries totum ſuum regimen immutandi.

11. Reſpondetur ſecundò; quòd ex inconuenientibus exaduerſo relatis, quædam ſunt calumniæ puræ, alia ſunt ſomnia mera, & chimeræ, alia iam ceſſauerunt per ablationem ſuffragiorum à Conuentibus, alia ſunt prorſus ſtulta, vt poté, quæ tunc ceſſabunt, quando ipſe hominum Communitates ceſſabunt, alia nedum nō ſunt vera, verumetiam ſunt impia, videlicet contra ſuos Patres Generales, etiam ex Congregatione, imo con- tra ipſam vniuerſam, & ſingulos eius Abbates, alia per declarationes R. P. Generalis præteriti non eſſe vera conuincuntur in Sum. num. 37. & 38. & vltimo alia ſunt ſum- mo honori Monaſterio Valliſoletan. qualia ſunt, quòd conſtat ingenti Monachorum numero, & inter eos eſſe æmulationes; dum enim abſit zelus & contentio, æmulatio bo- na eſt: nam perſonæ quarumcumque Communitatum, quæ in eis ab ipſis ſuis primor- dijs ſplendore virtutum intuentium oculos perſtringunt; vnde prœuidentur iam illarum Communitatum Superiores: non ideo ſunt dicendæ ambire Dignitates: ſed potius ab ipſis ambiri Dignitatibus: & ingloriū, imo probroſum eſſet illud Collegium, à primo Il- luſtriſſ. & Reuerendiſſim. Cardinalium vſque ad vltimum totius Eccleſiæ, in quo nulli

poſſent

Digitized by Google

poſſent ad maiores illius Dignitates digito dignè notari,& dicier,Hi ſunt. Si verò Congregatio, quæ iam habet electionem Abbatis Valliſoletan. actiuè liberam, videns aliquem Monachum Valliſoletan. ambitioſum, (nam & homines ſunt) illum non exploſerit cum ignominia, ſibi imputet: & de illa Conuentus Valliſoletan. iuſtiſſimè conqueretur.

Illud autem aſſertum huius Fratris, quòd Generalis profeſſus Valliſoletan.vel facit, 12.
vel poteſt facere ſuo beneplacito omnes Abbatum electiones; per contrariam, humilem,& veram aſſertionem R. P. Generalis præſentis confutatur: dum ſic loquitur per ſuas Literas ad Procuratorem Valliſoletan. vt in Sum.num.43.§.3. *Electiones ſiue bonas, ſiue malas ipſi fecerunt: & omnes fuerunt bonæ,præterquam electio Generalis, & omnes pacificæ.* Quod ſi Aduerſarijs hæc veritas,quam manibus contrectauerunt,non facit ſatis;abeant, & quia Generalis profeſſus ex Congregatione cum ſuis ſeptem Diffinitoribus, iuxta huius Fratris proloquium, vel facit, vel poteſt facere ſuo beneplacito omnes Abbatum electiones, poſtulent à S. D. N. vt vel nullus ſit in Congregatione Generalis, vel vt Conuentibus electiones Abbatum reſtituantur.

Imo hoc vltimum videntur prætendere, qui inſtant pro huius Conſtitutionis nul- 13.
litate, conſpirantes contra Capitulorum generalium ordines, decreta, & reformationem.

Pro quo ſupplicamus conſiderari attentiſſimè: quòd in Conſtitutionis huius editio-
ne duæ res præcipuè ſunt prætenſæ: Prima videlicet, vt daretur forma conueniens eli- 14.
gendi Abbatem Valliſoletan, & Generalem Congregationis, quæ vtrique Parti eſſet minus læſiua; Secunda vt Conuentibus ſingulis ſuorum Abbatum electiones tollerentur, pro vnico reformationis conſeruandæ remedio: quæ duæ res faciunt vnam cauſam coniunctam, & connexam; & in coniunctis vnum præiudicat alteri. 81. diſt. tantis. 3. q.1.hæc quippè: 59.diſt.ordinatos.7.q.2.præſentium.c. vna.de appellat.c.per tuas.de præben.& c.adeptionem. cum ſuis gloſ.Vnde omnia quæ adducuntur a Dominis exaduerſo ſcribentibus contra illud primum,quod in Bulla diſponitur,quaſi ſit contra ius & Canonicas Sāctiones, militant contra ſecundum; Nam contra electionem alternatiuam paſſiuam Abbatis Valliſoletan. neque indirectè probant: cum illa forma eligendi ſit à Iure approbata, vt oſtenſum eſt ſupra.1.p.§.19.in fine:probant autem directè contra ablationem ſuffragiorum à Monachis ſingulis,quæ illis in ſuorum Abbatum electionibus de iuris communis diſpoſitione debebantur.

Quo ſuppoſito, quid volunt Aduerſarij in hac Conſtitutione reformari iuxta Cano- 15.
nicas Sanctiones,& ad iuris communis terminos reduci? ſi primum illud, hoc eſt electionem Abbatis Valliſoletan. iam id in Bulla iuxta Canonicas Sanctiones ſtatutum eſt: ſi ſecundum, hoc eſt electiones Conuentibus reſtitui, hoc eſſet inconuenientium omnium vnicum inconueniens, vt piè, & doctè oſtendit Nauarr. lib. 1. conſ. de elect. conſ. 13. in append. & latiſſimè comment. 3. de Regular.c.nullam. 18.q.2.num.3.eſſet etiam contra ſanctam mentem,& voluntatem S. D. N.& Regum Catholicorum vtriuſque Philippi Patris, & Filij, & ipſius Congregationis, tam inſtanter, etiam modo per ſuum Memoriale de Capitulo præterito, vt in Sum.nu.42.§.4.poſtulantis,vt electiones in quocumque euentu, à Conuentibus auferantur.

Si ergo Congregatio modo ratificat conſenſum circa ſecundum, quod in Bulla con- 16.
tinetur: aſſerens fuiſſe, & eſſe ſuam intentionem, vt omnino à Conuentibus electiones auferantur; & poſtulat à S. D. N. vt ſic illud explicet circa Bullæ obſeruantiam; non dicit actum in Bulla eſſe nullum: neque negat ſuum conſenſum ad primum in Bulla contentum præſtitiſſe: imo ingenuè confitetur eſſe initam à ſe Concordiam cum Monaſterio de omnibus, quæ in Bulla continentur; vt apparet in mandato Aduerſarij; in Sum.

nu.41.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

num. 41. §. 1.& 3. dicit tamen hanc partem Bullæ, videlicet alternatiuam electionem paſſiuam,ſibi fuiſſe præiudicialem:quod teneretur probare Aduerſarius, non autem arguere de ſubreptione Bullam; quod eſt ignorare propriam vocem; & tunc hæc eſſet & noua,& exorbitans petitio: quia Conſtitutio conceſſit Congregationi totalem electionem actiuam,quam ſolam petijt,vt conſtat ex compromiſſi Inſtrumento:in Sum.nu.23. §. 2. & electio paſſiua, quam hodie ſolam contendit in triennio, in quo debet eligi in Generalem perſona ex Conuentu Valliſoletan. eſt noua petitio, quæ verificat quod Conuentus reſpondens Regi prædixit, vt in Sum. num. 27. quod conceſſio d. electionis actiuæ liberæ potius occaſionem maioris inquietudinis eſſet Congregationi præbitura. Ecce prædictum,& ecce completum.

17. Ex quibus omnibus primo colligitur; quod potius quam hæc Bulla ſancta vel minimum immutetur,Aduerſarij ſunt grauiter reprehendendi;& ſunt remittendi ad Regulam, quam profitentur:cap. 7. de Humilitate, vbi ſic docet S. Benedictus: *Octauus humilitatis gradus eſt,ſi nihil agat Monachus:niſi quod communis monaſterij Regula,vel Maiorum cohortantur exempla.* Quæ doctrina approbatur.in l.antiqui.vbi Odifr. & not. Docto.ff.ſi pars.hær.pet.c.cum haberent.& ibi Card.de eo,qui dux. in mat. quam poll. per adult. c.omnes Principes.cum ibi notat.per Io. Andr.de maior.& obed.c.ſignificaſti. il 2.& ibi etiam Io. Andr. de homicid. gloſ.ordin.& Doct.in l. 1.C. ne lic. præten. communis vero Monaſteriorum Regula eſt, aſsiſtentibus etiam iure Canonico, & Congregationis Conſtitutionibus, vt filij profeſſi ipſorum,ſi digni ſunt, alijs non profeſsis in Abbatiarum electione, præferantur: Maiorum autem ſuorum exempla conueniendi cum Monaſterio Valliſoletan. & illud reuerendi; ſtant pro foribus in Bullis Pontificijs. in Sum. per totum,& in Conſtitutionibus fundamentalibus de Anno 1500.in Sum.nu.10.& 11. in quibus electionem ſui Abbatis,& Generalis Monaſterio Valliſoletan. intactam relinquentes, tam anxiè Patres illi venerandi ſe aſſerunt procuraſſe, ne inter illos ambitio poſſet aditum inuenire: quæ quam vitioſa ſit in Regularibus,docetur in c. quorundam. de elect. in 6.& in extrauag.1.de regul.& tranſ.ad relig.& in extrauag. Ioannis xxij. vnica de præbend.

18. Colligitur deinde, hanc ſanctam Conſtitutionem firmam manere debere: præſumendum namque eſt pro his, quæ diu agitata ſunt in Congregatione, ex c. conſtitutus. & ibi Abb. de relig.dom.Et Conſultus in l.penult.ff. de conſt. Princip. docet eleganter, *non eſſe recedendum ab eo,quod diu æquum viſum eſt*. Bald. in l. quicumque. in 4. notab. C. de ſeru.fug.aſſeruit, *id quod conſuetum eſt fieri,non dici arbitrarium,ſed neceſſarium.* Pro quo & facit text. in c.cum M. Ferrarien.de conſtit.vbi Butr.Imol. Abb.& Felyn. cum ceteris.l.certi conditio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.pet.& ibi Bart.Alex.Iaſ.& Docto. Verum, certum,& ſapiens regimen huius Congregationis hauriendum eſt ab antiquis,qui eam inſtituerunt ex diſtinctione,& collatione facta aliarum Congregationum, & Religionum cum ea,quæ ad manus erat; illud enim eam hucuſque in ſua reformatione conſeruauit; regimen aliud,ſicuti facile imaginationi ſubijcitur, ſic eadem artifice, alio, & alio imaginato, facile euaneſcit; & hac veritate pleni ſunt hiſtoriarum libri, *mutationem, prætextu melioris,in peiora conijcere*. Deinde facilè mutare leges ex præſentibus,eſt infirmam facere vim legis: nam *leges ipſa vim, & vitam non ſatis habent,vertendæ ſtatim aut euertendæ*:ex Tacito; cum *haud conualeſcat planta,quæ ſæpius transfertur*:ex Seneca: neque legis mutatio, etiam propter vtilitatem, facienda eſt: niſi ea eſſet maxima:l. in rebus.de conſtit. Principum: quod & docet S. Thomas 1.2.q.97.art.2. & ſequitur Nauar.conſ. 40. de ſponſal. lib. 4. conſ. Et ſicuti leges quando feruntur diligenter ſunt conſiderandæ, quæ nam, & cuiuſmodi ſint: ſic iam receptæ ſunt cuſtodiendæ: l.leges vt generales, C.de legib.l.non dubium.C.eod.l.iuris gentium.§.ait Prætor.l.contra iuris.28.de pact.

c. 1.de

c.1. de conſt.cum ſimilibus infinitis propemodum. Imo paradoxo non irrationabili, Iam olim Alcibiades,& Auguſtus Cæſar protulerunt, *eos hominum tutiſſimè agere, qui præſentibus moribus, legibuſque, etiam ſi deteriores ſint, minimum variantes Rempub. adminiſtrant*; & Diuinus Plato ſic diuinè, & breuiter docuit: *Non mutanda, ne moueris.*

Quare ſicut filios Ioſeph, varias pluresque Familias vno capite agentes artificioſè 19.
apud Illuſtrem Ducem Ioſue, vt in eius Hiſtoria cap. 17. habetur, conquerentes ſuæ Dignitatis amplificatione, Diuini etiam iudicij interpoſitione, vt rei indignitas augeretur;& vt ſuam querelam honeſtiorem redderent, illius, quam ipſi iniuriam fingebant, ipſum Deum auctorem ſtatuentes, hac oratione: *Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis, & funiculi vnius: cum ſim tanta multitudinis, & benedixerit mihi Dominus?* Dux prudentiſſimus eleganti eos conceſſione excipiens: ignauiæ, & inertiæ artificioſius redarguit; qui ſortem, quæ ſibi opportuniſſima contigiſſet contemnentes, neque illius debellatis poſſeſſoribus, ſuorum fratrum felicibus auſpicijs inuiderent; imo aduerſum Ducem ipſum, qui nihil non ex Dei conſilio moliebatur, coram illis inuidiam concitarent, his vſus verbis: *Si populus multus es, aſcende in ſiluam, & ſuccide tibi ſpatia in Terra Pherezæi, & Raphaim, quia anguſta eſt tibi poſſeſſio montis Ephraim:* Non alia ratione ſperamus a S.Sede Apoſtolica horũ Patrum iactationes, & querelas contra Monaſterium Valliſoletanum ſuum Caput excipiendas; vt quibus in ſuis Monaſterijs amplitudinis, & benedictionis Diuinæ probandæ,& confirmandæ aptiſſima materies,& optanda maximè commoditas oblata fuerit, diuitiarum ſcilicet, & Iuriſdictionum ſpiritualium, & temporalium, ſtudiorum, rerumque aliarum plurium; niſi ſocordia, ignauia, ac deſidia marceſcere, ac corrumpi libeat; ſimilis conditio a S.Sede Apoſtolica proponatur; Vt ſua Monaſteria, tanquam felicem ſortem colant; ſtudia, & litterarum Scholas aperiant; Conſtitutiones Apoſtolicas Congregationis de Madrid, poſt ſuæ Regulæ inſtituta, maximè obſeruent; pietatem cum Theologiæ cognitione, ſuorum Maiorum inſtar, coniungant; plures Monachos ad profeſſionem admittant, eoſque ad Collegia Philoſophiæ, & Theologiæ liberaliter deſtinent; verumtamen iam Theologos humilitatis officijs coerceant: ne ferocia ingenia ſcientia inflata ſtatim de adeundis Capitulis generalibus tractent; ibique de totius Congregationis Politia vrgeant euertenda. Et quod non eſt in vltimis habendum, ne iuuenes, & minus in Religione exercitatos creent Abbates, quæ eſt Reformationis ruina; hæc enim ſunt, quæ Monaſterium Valliſoletanum a ceteris ſuæ Congregationis, tam in Capitulis, quam extra ea enixè poſtulat, orat, obſecrat, vt faciant: ſicuti de hoc R. P. Generalis præteritus luculentiſſimum præbet teſtimonium in Sum.num. 37.S. 2. Eſt enim pluſquam veriſimile hac præuia obſeruatione, & ſemel efficaci remedio a S. Sede Apoſtolica huic cauſæ, cum perpetuo ſilentio, impoſito, & numero, & merito Congregationem vniuerſam augendam, pacemque perennem Membrorum cum Capite confirmandam.

Ioannes Baptiſta Spada Aduocatus.
M. F. Laurentius de Ayala.

III. IVRIS

Prima Pars

Probat Conſtitutionis S. D. N. Aequitatem.

R.de Pater. CONSTITVTIO S. D. N. de qua agitur, caret omni vitio obreptionis, & ſubreptionis; & non eſt præiudicialis Congregationi:vnde non debet reformari; ex ſequentibus.

§. 1. Nam licet electio paſſiua Abbatis facta de perſona extranea, & de alio Monaſterio, de Iuris rigore valeat; tamen, eodem Iure aſſiſtente, honeſtius, & ſanctius eſt, vt fiat de gremio eiuſdem Monaſterij: quamdiu in eo perſona digna, & idonea reperitur:c.Abbatem.il 2.c.quam ſit.18.q.2.c.nullus.61.diſt. gloſ.recepta in cap.cum inter Canonicos.ver.aliam.in princ.& in fine:& communiter Doct.de elect.Lambert. de iur.patro.1.p.2.lib.7.q.prin.art.24.nu.18.Nauar.conſ.6.nu.1.de elect.

2. Quod maximè procedit in hac Religione S.Benedicti in Hiſpania, vbi ex antiquiſſima, & immemorabili conſuetudine, ſingula Monaſteria eligebant ſibi Abbatem de proprio gremio: per quam conſuetudinem, id quod erat de honeſtate, fuit redactum ad neceſſitatem:c.cum ſingula.§.prohibemus.de præben.in 6.& ibi Doct.

3. Vnde fuit iuſtiſſima d.Conſtitutio: dum diſponit, quod alternis triennijs eligatur Abbas Generalis de gremio Monaſterij S. Benedicti Valliſoletan. quia cum ſit etiam Abbas particularis eiuſdem Monaſterij, in hoc ſe conformauit cum iure communi, & antiqua conſuetudine.

4. Nec dicatur, quod illa Conſtitutio eſt contra Ius, quo attento, electio debet eſſe libera; vt latè deducitur in Informatione Partis aduerſæ: Nam reſpondetur, quod hoc caſu libertas eligendi non tollitur; ſed reſtringitur, & modificatur ad certum locum; ita vt talis reſtrictio ſit a Iure approbata.cap.cum dilectus.de conſuet. c.Abbate Sancti.de verb.ſignific.& ibi Doct.Io.Andr.in cap.cum terra.num.4. verſ.Sed benè valet. Ant.12.& 17.Anchar.4.verſ.Oppono,& videtur.Panormit.2.ad med. verſ. Secus autem. Anan. 1.de elect.Nauar.conſ.7.nu.1.verſ. Tum quod valet:de conſtit.& conſ.7. nu.17.verſ.& in ſpecie:de iure patr.in vlt.impreſſ.Venet.

5. Quinimò noſter caſus eſt clarior: Nam in illo cap.cum dilectus. & c. Abbate Sancti. Monachi vnius Monaſterij debebant ſibi aſſumere Abbatem de altero Monaſterio; in quo illa electio erat contra Ius: quia non de altero, ſed de ſe ipſo debebat fieri:vt clarè tenet gloſ.in d.c.cum dilectus.ver.conſtitutum: in prin.ibi: quia hoc eſſet contra ius commune. Anchar. nu.7.verſ. Tertio oppono:& communiter alij de conſuet.ſed in noſtro caſu Abbas d.Monaſterij S.Benedicti eligitur de eodem Monaſterio; quod eſt Iuri conforme, vt ſupra dixi: Vnde ſi in primo caſu non amittitur libertas eligendi, ex quo fit electio de alieno Monaſterio, multo minus amittitur in ſecundo, eligendo de proprio:ex ſupradictis.

6. Non obſtat, quod iſte Abbas particularis, ſit etiam Generalis totius Ordinis; & ſic videbatur non eſſe reſtringenda eius electio ad vnum Monaſterium; ſed amplianda ad vniuerſam Congregationem: quia non poterat alias occurri difficultati, quæ eueniebat. Nam ſi alternis triennijs non reſtringebatur electio ad gremium d. Monaſterij, cum in Capitulo generali vota aliorum Monaſteriorum ſint plura, ſemper fieret electio de alio Monaſterio: & ſic d. Monaſterium Valliſoletanum haberet ſem-

Digitized by Google

per Abbatem extraneum de alio Conuentu; quod erat durum, & iniquum; reſtricta vero electione, ſaltem alternis triennijs habet Abbatem de ſuo gremio, & nihilominus Congregatio habet Generalem de ſua Congregatione: quia cum ipſa conſtet ex Monachis profeſſis Capitularibus totius Ordinis, Monachus profeſſus in d. Monaſterio Valliſoletan. electus Abbas Generalis, eſt Monachus de ipſa Congregatione, tamquam pars deſumpta a ſuo toto, & membrum a ſuo corpore: c. congregatio. de elect. Bart. in l. aut facta. §. fin. nu. 3. de pœn. Abb. in c. 1. nu. 5. de elect. Craſſ. in §. ius accreſcendi. q. 5. nu. 7. cum ſequen.

In quo ſubeſt alia æquitas, & temperatio: quia Monachi d. Monaſterij ſemper habuerunt vocem actiuam in electione Generalis; prout de Iure, quatenus erat Abbas d. 7.
Conuentus, eis competebat; d. cap. cum dilectus. de conſuet. c. fin. 16. q. 7. & quatenus erat Generalis, ſimiliter eis competebat ex Conſtitutionibus Ordinis, a Sede Apoſtolica confirmatis in Sum. num. 11. 12. 19. 21. & 22. & tamen Sanctiſſ. in d. Conſtitutione eos priuauit d. voce actiua, Capitularibus duntaxat exceptis: quod ſolet haberi in maximo dedecore: & tendit in graue præiudicium: vt tradunt. Doct. in cap. ſi celebrat. de cler. excom. miniſt. & in d. c. cum dilectus. Vnde æqua fuit illa compenſatio, vt alternis triennijs competeret electio paſſiua d. Monaſterio, quod ſemper carere debebat actiua: ad gloſ. in c. irrefragabili. ver. Per Capitulum, in fin. verſ. Quia licet perdiderint: de off. ord.

Vltimo dato, ſine veri præiudicio, quod in hac alternatiua electione aliquid plus 8.
haberet d. Monaſterium Valliſoletanum, quam alia Monaſteria; tamen iſte honor ei relictus a Sanctiſſ. fuit iuſtus, & conueniens ex ſequen.

Primo, quia a ſui fundatione vſque ad præſens ſemper obſeruauit clauſuram, & Regulam; quod non ita ſtrictè fecerunt alia Monaſteria: atque ita eſt dignius meritis, & vita ceteris: ad tex. in c. recolentes, de ſtat. Monach. & d. c. Abbate Sancti. in fin. de verb. ſign. Turrecrem. in c. Epiſcopus in 4. caſu. 17. diſt. Burſat. conſ. 343. nu. 8. verſ. 4. in electis: & nu. 17.

Secundo, quia eſt antiquius in reformatione. c. 1. de maior. & obed. & ibi Innoc. & Doct. l. 1. de Alb. ſcrib. Roma. plenè in repet. l. ſi vero. §. de viro. nu. 86. & ſeq. ſolut. matr. Burſat. vbi ſupra nu. 5. & 6. Nauar. optimè conſ. 9. nu. 1. & 2. & conſ. 10. de maior. & obed. in vlt. impreſſ.

Tertio, quia fuit Fundator aliquorum, & Reformator omnium Monaſteriorum Congregationis; c. ſi quis Epiſcopus. 16. q. 5. cap. ad audientiam. il 1. de Eccleſ. ædifici. Doct. in c. 3. de iur. patr.

Quarto, quia a principio obtinuit Superioritatem, & Iuriſdictionem in alijs Monaſterijs, nedum ab ipſa Congregatione, ſed etiam auctoritate Apoſtolica: vt conſtat in Sum. nu. 4. 5. 8. 9. 10. & c. c. per tuas. & ibi omnes de maior. & obed. Dec. conſ. 21. nu. 48. lib. 1. Burſat. vbi ſupra nu. 38. Menoch. latè conſ. 126. nu. 15.

Quinto, quia ſi ex alijs Monaſterijs nonnulla habent ſemper Abbatem de proprio gremio, & alia ferè ſemper; quia d. Abbas debet eſſe Caput vniuſcuiuſque ipſorum: multo fortius d. Monaſterium Valliſoletanum alternis triennijs habere debet Abbatem de ſuo gremio, qui eſt Caput tam d. Monaſterij, quam omnium totius Religionis; propter duplicem Dignitatem, quæ in eadem perſona, & in eodem loco concurrit: cum d. Monaſterium ſit Caput tam ſui ipſius, quam aliorum: quæ duplex Dignitas meretur Superioritatem: vt eſt communis opinio in l. cum quid. ſi cert. pet. & in c. Clerici. de iudic. Caſſan. in Catalo. glor. Mundi. p. 8. conſ. 27. & aliàs ſæpè. Decian. & Menoch. vbi ſupra, ille nu. 5. iſte 11. cum ſequen.

Secun-

Digitized by Google

Secunda Pars reſpondet obiectionibus aduerſis.

§. 1. NON obſtat, quod dicitur exaduerſo: non conſtare, quod fuerit ſupplicatum Sanctiſſimo pro parte Congregationis, vt fieret d. Conſtitutio: Nam reſpondetur: quod cum Papa atteſtetur, ſe eam feciſſe ad inſtantiam d. Congregationis, quæ ſibi hoc ſupplicauit, ei credendum eſt, tanquam atteſtanti de facto proprio; Clem. 1. de probation. & in terminis eſt Dec. 175. nu. 4. par. 1. diuerſ. impreſſ. Tum etiam quia licet eſſet de facto alieno, tamen in hac narratiua concurrunt illa quatuor, de quibus Vital. in Clem. 1. num. 26. Et vltimo in terminis confirmationis Concordiæ, quando Papa aſſerit ſibi fuiſſe ab vtraque parte ſupplicatum, quod huiuſmodi aſſertioni ſtandum ſit, fuit reſolutum in vna Legionen. Iuriſdict. 23. Iunij 1589. Coram Illuſtriſſimo Plato.

2. Illa verò Gerunden. anniuerſariorum, quæ adducitur exaduerſo, retorquetur: dum in ea dicitur, quòd gratia cenſetur impetrata ab eo, cuius nomine cantat: concurrentibus alijs coniecturis: hic autem ſunt plures pro impetratione Bullæ de ordine, & conſenſu Congregationis.

3. Nam primo, quidquid exaduerſo dicatur, Concordia fuit facta de conſenſu totius Congregationis: vt conſtat ex mandato, quod dedit eadem Congregatio nouennio poſt ad eam impugnandam, in Sum. num. 41. §. 1. & 3. vbi iteratis vicibus confitetur, eam fuiſſe initam a ſe; quinimò & iuratam; & dant mandatum, quatenus opus ſit, ad petendam iuramenti relaxationem: quæ omnia clarè oſtendunt conſenſum d. Congregationis a principio interueniſſe; qui enim petit ſe abſolui a iuramento, eo ipſo confitetur ſe iuraſſe, & conſenſum adhibuiſſe. cap. quanto. de Iureiuran. cum ſimil. Vnde ſi a principio interuenit conſenſus in Concordia, conſequenter durauit poſt impetrationem confirmationis: cum non præſumatur mutatio voluntatis, niſi probetur. l. cum qui voluntatem. de probat. Alc. de præſump. reg. 2. præſumpt. 16. nu. 1. diuerſ. impreſſ. 172. nu. 3. par. 2.

4. Conſtat deinde, quod non ſolum Congregatio iurauit d. Conſtitutionem: verum etiam illam approbauit; & ſe ſubſcripſerunt omnes Patres in Capitulo generali intereſſentes: quæ ratificatio operatur, etiamſi a principio mandatum non interueniſſet: reg. ratihabitionem. de reg. Iur. in 6. Mohedan. 8. nu. 1. de Procur. Verall. 53. nu. 4. & 51. 1. par. diuerſ. 132. nu. 23. par. 2. & illa ſubſcriptio habet vim expreſſæ approbationis. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ibi Docto. de verbor. obligat. Verall. 360. num. 7. par. 2.

5. Hæc igitur ratificatio, & obſeruantia ſubſequuta facit præſumi conſenſum interueniſſe in impetratione; vt colligitur ex d. Deciſ. Gerunden. vbi ad præſumendum huiuſmodi conſenſum, non fuit conſiderata obſeruantia, quia erat æquiuoca, & præcedebat impetrationem; quaſi aliter eſſet dicendum in obſeruantia vniformi, & ſubſequuta poſt impetrationem.

6. Vnde reſpondetur ad conſ. Gemin. 33. nu. 5. verſ. eſt & alia falſitas: exaduerſo allegat. quia potius facit pro hac Parte, dum ait: quod debet ſtari aſſertioni Papæ de ſupplicatione ſibi facta; licet probari poſſit, quod ille qui ſupplicauit dixit mendacium, quia pars contradicebat; & tamen hic non conſtat de contradictione ſed potius de communi conſenſu, & approbatione.

7. Nec dicatur, quod illa approbatio fuit facta per vim, & metum Epiſcopi Salamantin. quia præterquam quod hoc eſt inueriſimile: cum non eſſet perſona tam potens, quæ poſſet talem metum inferre (vltra quod aſſeritur contra publica, & authentica Inſtrumenta) cum tamen d. Conſtitutio fuerit notificata Congregationi cum con-

ceſſione

ceſſione vnius diei ad deliberandum de eius acceptatione: potuit medio tempore,& abſente Parte,proteſtari : iuxta doctrinam gloſ. in l.qui in aliena. §.fin.verſ.fallens.& ibi Caſtren. nu. 2.& 3. de acq. hæred.Natt.Conſ.450.nu.22. Alba.77.nu.16.Burſat. 72.nu.45.quod nedum non fecit ante vel poſt : ſed etiam longo interuallo in duobus Capitulis generalibus ſequen.approbauit d.Conſtitutionem: quæ approbatio ſeques purgauit metum præcedentem,quando talis metus interueniſſet : cum nulla tunc adeſſet cauſa metus:l.2.C.quod met.cauſ.Dec.in l.in omnibus.num.14.de reg.Iur.Bald. conſ. 240. nu.1.lib.1.Pariſ.66.nu.12.lib.4.Burſat.72.nu. 29.

Nec video quæ tanta vis, & metus inferebatur a Supremis Poteſtatibus Papa, & Rege,vt allegetur.Dec.in l.in omnibus cauſis.38.nu.4.de reg.Iur.Nam quoad pœnam priuationis ipſo facto voce actiua,& paſſiua,de qua in Bulla, cum d.pœna eſſet iuſta, videlicet ob cauſam quietis,& pacis,vt in proemio ipſius Bullæ,talis metus erat iniuſtus:vt fuit dictum in vna Mantuan. carcerat. vlt. Februarij. 1579. coram Illuſtriſſimo Blanchetto : quæ eſt diuerſ. impreſſ. 541. in principio.& in excommunicatione tradit Rot. 32. de ſenten. excomm. in antiq. Roman. conſ. 369. num. 10. Mil.verſ.Iuſtus metus inducitur. Panorm. in cap. cum dilectus.num.6. de ijs quæ vi.Gig.de penſion.q.36.nu.3. 8.

Et ratio eſt, quia ſi ſubditi nolunt ſeruare Conſtitutionem rationabilem, poſſunt compelli per Superiorem ad eam obſeruandam; cap. de liguribus. 23. quæſt. 5. Archid. in cap.in iſtis. §. leges. & ibi Præpoſit. num. 1. in fin. & ſeq. diſt. 4. Afflict. Deciſ.151.num.6. 9.

Quo verò ad metum Regis, qui acceptauit, vt ortæ differentiæ in ipſum remitterentur pro bono pacis; & quia eius intererat Fratres ad concordiam reducere, pro eius Dignitate, & Iure patronatus, adeſt in ſimilibus terminis d. Deciſ. Mantuan. carceration. 10.

Non obſtat,quod cōcordia poteſt ſuaderi,ſed non imperari,ex Bald.in l.ſtipulatione.num.1.C.de ſent.& interloq.om.Iud.quia præterquam quod Bald.loquitur in Iudice inferiore,tamen cum Sanctiſſimus fecerit d. Conſtitutionem pro bono pacis, & ad ſedandas diſcordiarum materias, vt conſtat ex proemio, quòd denotat cauſam finalem, Bart. & Doct. in l. fin.de hær. inſtit.quando Congregatio fuiſſet in hoc renitens, (quod negatur) adhuc eam potuiſſet compellere ad concordiam, & obſeruationem d. Conſtitutionis, ad quam etiam quilibet Iudex inferior cogere potuiſſet:Felyn.in rubr.num.6.de maior.& obed.Anton.in cap. 1. num.fin.de mut.pet. Roman. conſ.126.in princ.maximè in hoc caſu, quo talis aſſertus diſſenſus Congregationis tendebat in præiudicium d. Monaſterij : vt poſt Bart.& alios in l.2.§.ex his. de verbor. obligat. tradit Felyn. viden. vbi ſupra num. 7. qui infra in verſ.vbi vero, ait: *Quod ſi Iudex non poteſt Partes diſcordantes in aliquo actu reducere ad concordiam, ſi eſt actus, qui per Iudicem expediri poſſit, ipſe expediet.* 11.

Quæ opinio magis placere debet, ex quo per hanc electionem Abbatis de gremio Conuentus Valliſoletan. alternis triennijs, fit reditus ad ius commune : quod ſaltem de honeſtate,præfert eos,qui ſunt de proprio gremio alijs extraneis:vt fuit reſolutum in vna Placentin. Archidiaconatus 15. Martij coram Illuſtriſſimo Blanchetto: quæ eſt diuerſ.impreſſ.413.num. 1.par.1. & ſupra iam dixi. Quo caſu non curamus de alterius præiudicio, etiam graui;maximè ſtante voluntate Papæ in d. Bulla: vt optimè dicitur in illa Legionen.Iuriſdictionis coram Illuſtriſſimo Plato in fine. 12.

Non obſtant vltimo prætenſa inconuenientia, quæ afferuntur pro parte Congregationis : quia præterquam quod de eis non conſtat,tamen quando ita eſſet,ipſa non naſcerentur ex Bulla : ſed ex ambitione, & inconſtantia aliquorum particularium 13.

D d.Con-

d. Congregationis, ob quam cauſam Legiſlator non debet eſſe facilis in mutando leges:ſed debet potiùs aliquod inconueniens tolerare,quam leges mutare: quia ex hoc aſſuefiunt ſubditi,vt non æquo animo ferant leges; ſed moliantur ipſarum frequentem mutationem: quod non modicum detrimentum infert Reipublicæ:vt poſt Ariſt. 2.Polit.tradit Præpoſit.in c.erit autem lex.nu.2.diſt.4. Ex quibus, &c.

Martinus Andreas Aduocatus.

IIII. IVRIS.

Prima Pars probat Conſtitutionem, in Bulla S. D. N. diſpoſitam,eſſe iuſtam.

R.de Pater. NVLLO modo venit reuocanda Conſtitutio S. D. N. de qua agitur:cum nedum,non ſit Congregationi præiudicialis;verum ſit & ipſi ſalutaris,& in ſe iuſtiſſima.

§. 1. Primo quia beneficium Principis decet eſſe manſurum. c.decet.de reg.iur.in 6.

2. Secundo,quia nititur rationabili admodum cauſæ; ſtante qualitate d. Monaſterij, a quo quamplura alia ſuæ Congregationis fundata fuerunt; omnia vero reformata: & ideo pluſquam conueniens fuit, vt ei aliqua ſpecialis prærogatiua concederetur præ alijs: vt in ſimili videmus in materia Iuriſpatronatus, vt ceteris paribus, ſemper præferatur ille,vel qui eſt de genere Patronorum: gloſ.in cap.neminem.70.diſt.Lamber.de Iur.patr.4.art. 10.q.princ.3.par.num.9.& 10.lib.2. vel qui eſt ex ijſdem Patronis: Lamb. d.tract.7.art.5.q.princ.3.par.ea ratione, quia potius ſunt illi Clerici inſtituendi,de quorum bonis fundata eſt Eccleſia,quam alij:c.cum alio. de reſcript.glo.in c.2.in ver.ſuæ poſſeſſionis.70.diſt.

3. Tertio,quia ex vinculo charitatis teneretur ipſa Congregatio id facere, in memoriam beneficiorum acceptorum ab hoc Monaſterio: & propter d. fundationem nonnullorum,& propter reformationem omnium. Nam ex tex.in c.cum in officijs. de teſtam. *in officijs charitatis,primo loco illis tenemur obnoxij, a quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe;* & ideo non eſt reuocanda ipſa Conſtitutio, ſed quatenus non emanaſſet,ab ipſa Congregatione eſſet procuranda.

4. Quarto, quia ex conſuetudine d. Religionis ſemper Abbas debet eligi ex illo Monaſterio, cui præfertur: prout etiam eſt de Iure, ſaltem de honeſtate: gloſ. in cap. ne pro defectu. in verb. ipſius: de elect. Hoſt. in ſua Summa.tit.de elect.nu. 9. verſ. imo debet.

5. Et propterea cum ex eiuſdem Congregationis inſtituto, quod maximè attendendum eſt, Abbas d.Monaſterij S.Benedicti ſit etiam totius Congregationis Generalis, de neceſsitate dicendum eſt,potius diminui de iure d.Monaſterij,per d.Bullam,quam augeri:ex quo alterno triennio Generalis eligitur ex Monaſterio diuerſo, & tamen etiam eſt Abbas d.Monaſterij.

6. Quinto, quia alias illud ſequeretur abſurdum, quod hoc Monaſterium eſſet deterioris conditionis, quam reliqua alia: quorum nonnullis ſemper, & alijs ferè ſemper ex ſuo gremio eliguntur Abbates a Diffinitorio. Fieri enim poſſet,vt nunquam Abbas d. Monaſterij eligeretur ex dicto gremio; ſi electio Generalis liberè ſpectaret

ad ipſam

Digitized by Google

ad ipſam Religionem; nam poſſent ſemper eligere, imo veroſimiliter ſemper eligerent pro Generali vnum ex alio quocumque Monaſterio, qui conſequenter etiam eſſet Abbas huius Monaſterij: & ideo ad obuiandum huic abſurdo, iuſtiſſima, & æquiſſima fuit d. Conſtitutio in Bulla S.D.N. diſpoſita: neque vlla ratione eſt Congregationi præiudicialis.

Secunda Pars reſpondet Aduerſariorum obiectis.

QVIBVS non obſtant, quæ in contrarium exaduerſo deducuntur; & primo quoad ſubreptionem, ex eo quod non probatur fuiſſe ſupplicatum Papæ pro Parte Congregationis: Tum quia in hoc eſt ſtandum aſſertioni Papæ: cum potuerit varijs modis fieri, vt in ſpecie id concederetur; Mohed. Deciſ. 24. num. 2. & 3. de præben. & qualiter ſe res habuerit, in Facto optime deducitur: Tum quia fuit facto approbata in tribus Capitulis generalibus de Anno 1592. 1595. & 1598. quæ inducit ratificationem omnium geſtorum, & tollit omnem ſubreptionem: l. Paulus. ff. rem rat. hab. §. 1.

Præſertim vero cum non ſubſiſtat, quod cauſa finalis fuerit d. ſupp. ſed fuit particulariter deſiderium Papæ, vt concordia inter regulares charitatem nutriret: hæc enim cauſa eſt poſita in proemio; & ſic de neceſſitate eſt reputanda finalis: l. fin. ff. de hæred. inſtit. Bald. conſ. 250. nu. 16. lib. 1. Alex. conſ. 119. num. 10. lib. 5. Soc. ſen. conſ. 159. nu. 2. lib. 2. Vnde ex hac cauſa pacis, & charitatis, merito potuit Papa d. Congregationem, etiam inuitam, cogere ad concordiam: Felyn. in rubr. de maior. & obed. nu. 6. & ibi Doct. Iaſ. & alij in l. quidam exiſtimauerunt. ſi cert. pet. 2.

Secundo non obſtat, quod priuilegium, quod progreſſu temporis dignoſcitur eſſe nociuum, reuocetur: quia non applicatur aſſumptum: ex quo Bulla, de qua agitur, per ſe conſiderata, & ſemota paſſione ambientium, ſanctiſſima, & æquiſſima videtur, ſecundum ſupradicta; & ideo potius eſſet reprimenda nimia quorundam peruicacia, quam culpanda ipſa Bulla; id enim totum prouenit ex nimia ambitione: quæ tamen magis eſt vitioſa in Regularibus, quam in ſecularibus: c. quorundam. de elect. in 6. Vital. in Cle. 1. nu. 34. de elect. 3.

Et concluſio firmata ſecundum terminos. cap. ſuggeſtum. de decimis, procedit, vbi præiudicium tangit eos, quibus alias de Iure res erat debita: quod hic ceſſat: quia de Iure electio Abbatis paſſiua debet eſſe de proprio gremio, vt ſupra dixi; atque ita potius eſt præiudicium d. Monaſterij Valliſoletan. eligere de alio Monaſterio. 4.

Similiter concluſio habet locum, vbi præiudicium eſt adeo graue, & enorme, vt ſcandalum pariat; vt in ſpecie ita interpretata eſt Rota d. c. ſuggeſtum. de decimis, in vna Burgen. decimarum. 21. Nouembris. 1578. Coram Cantucio, relata deciſ. 87. ver. imo præiudicium: p. 2. diuerſ. quorum neutrum huic caſui applicatur; quia antiquitus tam de Iure, quam etiam ſecundum diuerſa priuilegia Pontificum, & Conſtitutiones Congregationis nedum alternatiuè, ſed pluſquam alternatiuè, & ferè ſemper Generalis eligebatur ex ſolo hoc Monaſterio: præiudicium vero non eſt tale, vt aliquod ſcandalum oriatur, cum alterno triennio ex ipſa Congregatione eligatur idem Generalis. 5.

Poſtremo, quod præiudicium dicatur enormiter lædere, ſolius Principis concedentis eſt æſtimatio. Abb. in d. c. ſuggeſtum. nu. 4. verſ. & vide de decimis, & ideo cum nulla vrgens ratio deducatur, quæ poſſit mouere mentem S.D.N. firmiter credimus nullo modo d. Bullam eſſe reuocandam. Ex quibus, &c. 6.

Bernardinus Scottus Aduocatus.

Digitized by Google

FACTI COMPENDIVM.

Quod omnino videri ſupplicamus,pro introductione tam ſequentium,quam præcedentium Informationum.

§. 1. R. de Pater. MONASTERIVM Regium S.Benedicti Valliſoletan.fundatum a Rege Caſtellæ Ioanne.I.incl.mem.de Anno 1390. vt in eo Monachi nigri Ordinis.S.Benedicti ſub perpetua clauſura viuerent, & immediati S.Sedi Apoſtolicæ,a 40. circiter anno ſuæ fundationis, fuit in Hiſpanijs Reformator nigrorum Monachorum eiuſdem Ordinis,ex conceſſione Martini V. hoc eſt ab hinc 173. annis.

2. Cum quibuſdam Monaſterijs a ſe ædificatis,& pluribus alijs reformatis effecit vnã Congregationem,vnitam ſibi tanquam Capiti Reformatori,quæ appellatur,Congregatio de obſeruãtia S.Benedicti Valliſolet.omnibus eius Monaſterijs Superioritatem illius Monaſterij,& ſui Abbatis liberè acceptantibus,& illud pro Capite erigentibus: inſtantibus ad hoc etiam Regibus Catholicis iam a Ioan.II.clar. mem.& illud per ſua Priuilegia etiam concedentibus SS.Pontificibus ab Eugenio IV. vſque ad Alexandrum VI. incluſiuè.

3. Per quod omne tempus electio huius Reformatoris Generalis fuit facta ſolum, & inſolidum a Conuentu Valliſoletan.

4. De Anno 1500. tractatum eſt in Capitulo generali,an expediret vt Congregatio omnis faceret ibi electionem d.Abbatis Valliſoletan.& Reformatoris: & decretum fuit,Nihil eſſe innouandum.

5. De Anno 1505.Iulius II.conceſſit Congregationi,vt ſe poſſet conformare regimini Caſſinen. Congregationis, quantum Patriæ,& Regionis diuerſitas paterentur, & quantum Abbati Generali Valliſoletan.& Diffinitoribus in Capitulo videretur: ſed nihil egit de electionibus.

6. Vnde de Anno 1509.fuit a Congregatione in Capitulo generali acceptatum Priuilegium Iulij II.& ſe conformauit d.regimini Caſſinen.in quibuſdam rebus: ſed nihil actum eſt de electionibus.

7. Ergo Superior d.Monaſterij,qui ab Anno 1390.vſque ad 1430.circiter,per 40.annos fuerat electus a Conuentu Valliſoletan.præciſe vt illius tantum Prælatus,iam ab eo tempore vſque ad Annum 1550.per 120.poſteriores annos fuit electus ſolum a d. Conuentu vt Prælatus illius,& vt Reformator Generalis Congregationis.

8. Ab Anno 1550. vſque ad Annum 1565. quia Capitulum generale petijt ſuffragia in hac electione Abbatis Valliſoletan.ex conceſſione Pauli III.electus fuit,proponente Capitulo generali duos Monachos Conuentui Valliſoletan. ex quibus ipſe vnum eligebat in ſuum, & Generalem Abbatem: ſed ex Conſtitutione Capituli de Anno 1559.& 1562.vt Monaſterij indemnitati prouideretur,ſaltim vnus ex duobus nominatis futurus erat profeſſus Valliſolet. quæ Conſtitutio ortum habuit occaſione cuiuſdam electionis Generalis,attentatè factæ a Congregatione ſolum,de Anno 1556.

9. Ab Anno 1565.vſque ad 1592.per Concordiam, inter Monaſterium, & Congregationem initam,& nouam tranſactionem factam,& a Pio V. fel.rec.confirmatam, Congregatio, & Monaſterium ſingulis triennijs alternatiuè ſibi nominabant duos Monachos,vt vnus ex eis in Abbatem Valliſoletan.& Reformatorem Generalem ab altera Parte vltimo eligeretur.

10. Ab Anno 1592.inſtante Rege Catholico Philippo II.incl.mem.& Congregatione, & Mo-

naſterio ſupplicantibus, vt circa electiones tam Abbatis Valliſoletan. & Generalis, quam aliorum Abbatum S.S. prouideret: & ex conſilio Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Card. S.Seuerinę bon.mem. qui Acta omnia, quæ inter Congregationem, & Monaſterium cum Rege Catholico præceſſerant, mature examinauit, S.D.N. Conſtitutione perpetua ſanxit, vt omnes electiones Abbatiarum fierent ab Abbate Generali, & Diffinitoribus in Capitulo generali: electio vero Abbatis Monaſterij S.Benedicti Valliſoletan. qui eſt Reformator Generalis Congregationis, fieret actiue ſolum ab vniuerſo Capitulo generali, abſque ſuffragijs Conuentus Valliſoletan. paſſiuè tamen in alternato triennio eligeretur in Valliſoletan. Abbatem, & Generalem vnus Monachus in Monaſterio Valliſoletan. profeſſus.

Omnia hæc comprobantur eſſe vera in Summario: vt in Facto generali per ſingula deductum fuit ſupra fol. 1. 11.

V. IVRIS.

Prima Pars demonſtrat Ius Monaſterii à Congregationis reformatione vſque ad Conſtitutionem. S. D. N. excluſiuè.

MEMBRVM PRIMVM.

R. de Pater. CONSTITVTIO S.D.N. nulla ratione videtur præiudicialis Congregationi, & eſt iuſta, & bona: ex ſequen.

In primis eſt principaliter ſupponendum; Quod ſi Congregatio S. Benedicti Valliſoletan. prætendit electionem ſui Reformatoris Generalis ex ſuo Ordine omnino liberam, ex eo quod ſibi ea conueniat de iure Canonico, neque habet tale ius, neque talem intentionem in eo fundatam: ſolum enim habet ius ad eligen. Viſitatores, qui auctoritate Apoſtolica poſſint viſitare, & inquirere de Monachorum exceſſibus; non tamen eos punire: ſed Abbatem de illis facere certiorem, vt eos corrigat: de exceſſibus autem Abbatis debent facere certiorem Epiſcopum: vt probatur in c. in ſingulis. & c. ſi quid. de ſtat. Monach. Iure namque communi tàm Monachi, quàm eorum Abbates ſubijciebantur Epiſcopis Diœceſanis: c. 1. & c. ſi quis Abbas. c. Abbates. 18. q. 2. c. ſicut vnire. de exc. Præl. Vnde aſſeruit glo. in Clem. ne in agro. de ſtat. Monach. quod Ordo S. Benedicti non habebat Caput generale. §. 1.

Vnde qui aſſerunt Generalis hanc electionem, de qua agitur, eſſe contra ius, debēt ius illud oſtendere: iuxta l. ab ea parte. ff. de probat. 2.

Qua concluſione Iuris certiſſima conuictus quidam Dominus exaduerſo ſcribens, reſpondit olim, Monaſterium negare principia Iuris: cum ſit tex. in terminis. c. 1. de elect. & ibi Abb. & Bellam. & Imol. & tex. in c. fin. 16. q. vlt. allegans etiam ex Iure Ciuili Bartol. in l. ſodales. nu. 12. ff. colleg. illic. & dixit, in his locis expreſſe haberi electionem Prælati ſpectare ad Congregationem. Sed certè Monaſterij Monachi profeſſi nō ſolùm in Theologia, ſed etiam ſunt ſatis verſati in notitia Iuris; neque illius negant principia: ſed ſciunt illos textus, & Doctores ibi allegat. agere formaliter de electione Abbatis, ſeu Superioris alicuius congregationis particularis Conuentus, qualis eſt 3.

Digitized by Google

Conuentus Valliſoletan. pro quo faciunt omnes illæ doctrinæ. Quod vltimo vidit etiam Dominus exaduerſo ſcribens;& ſuo ſe gladio iugulans,collegit ſuum intentum per verbum ſicut,& à ſimili,& per conſequentias comparatiuas:de quo non eſt modo quæſtio,& de hoc infra latius deducetur.

4. Manet igitur firma Concluſio, nullum eſſe text. vtriuſque Iuris, qui Congregationi S.Benedicti Valliſoletan.adiudicet Generalis Reformatoris de ſuo Ordine electionem liberam;quotquot enim tex.hucuſque pro Congregatione adducti ſunt, faciunt formaliter pro Iure Monaſterij Valliſoletan.ad electionem ſui Abbatis.

5. Solus Summus Pontifex poteſt nominare,& creare Generalem Reformatorem,qui poſſit cognoſcere de culpis,& exceſſibus tàm Abbatum,quàm Monachorum,& ea punire:Oldr.conſ.204.& præſcribere modum electionis eiuſdem.

6. Præſuppoſito igitur in Facto, quod in Hiſpania Monaſteria Ordinis S. Benedicti non erant vnita in Congregatione, ſed vel Abbati Cluniacen. vel Caſæ Dei, vel Ordinarijs locorum erant ſubiecta; vnde orta fuit facilius in eis vitæ Monaſticæ relaxatio: fuit conueniens pro eius obſeruantia, vt fieret vnum Congregationis Corpus, & quod haberet aliquod Monaſterium pro Capite. Et quia Valliſoletan. Monaſterium erat tam inſignis obſeruantię,& auctoritate Apoſtolica fundauerat quędam alia Monaſteria ſui Ordinis, & reformauerat omnia, ideò illa ſummo conſenſu præſtiterunt tandem illi,& eius Abbati obedientiam,& ſubmiſerunt ſe eius correctioni, & viſitationi:& Summus Pontifex,ad quem ſpectat vnire, & ſubijcere vnum Monaſterium, vel plura alteri Monaſterio,iuxta c.ſicut vnire.de exceſſ.Præl.exemit illa omnia à Iuriſdictione tàm Epiſcoporum,quàm Monaſterij Cluniacen. ſeu alia quauis, ea lege, vt in illa obedientia,& obſeruantia manerent. Et voluit vt ea omnia,& ſingula eſſent vnita in vna Congregatione Monaſterio Valliſoletan. tanquàm Capiti,& quòd illius Prælatus eſſet cunctorum Monaſteriorum, & Monachorum eorumdem Reformator Generalis,& Caput:cum nullum corpus debeat exiſtere ſine capite:ex c. nouit.de his quæ fiunt a Prælatis,& ex Apoſt. 1.Corint.c.12.& ad Rom.c.12.

7. Vnde eſt vera Concluſio,Quod hæc vnio Congregationis,& eiuſdem ſubiectio ad Monaſterium Valliſoletan. fuit iuſta,& iuridica;cum facta fuerit de conſenſu,& libera acceptatione Monaſteriorum omnium, & ſuorum Prælatorum, & de conſenſu, & ad inſtantiam Regum Catholicorum,qui erant ipſorum Patroni, & de Papæ confirmatione ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione: vt probatur per not. à Doct. in c. cum dilectus.de conſuet.

8. Omnis enim diſpoſitio, ad quam faciendam concurrunt poteſtas, & voluntas ad id ſufficientes,valida eſt & firma:c.cum ſuper.cum gloſ. fin.& ad eam not.de offic.deleg. ſed hæc diſpoſitio eſt huiuſmodi; quod probatur, quoniam ad eam faciendam concurrunt poteſtas, & voluntas Congregationis, & Conuentus Valliſoletan. & aſſenſus Regum Patronorum,& confirmatio Papæ,qualis requirebatur, ergo valida, & iuridica fuit,& eſt:ergo debet ſemper permanere,per Regul. Quod ſemel placuit, &c. de reg.Iur.in 6. & quia beneficium Principis debet eſſe perpetuum.25.q.2.c. 1.in authen.Conſtit.quæ dign.lib.à patr.pot.§.illud.collat. 6.

9. Ex dictis primo colligitur,quod tribuens Summus Pontifex Monaſterio Valliſoletan.Superioritatem,& Iuriſdictionem ſuper alia,& creans eius Abbatem,Reformatorem Generalem, & illorum Caput,nullum Ius à reliquis abſtulit Monaſterijs: quandoquidem illud non habebant ad conſtituendum ſibi Generalem Abbatem, neque ſingula,neque omnia ſimul in Capitulo generali.

10. Colligitur ſecundo,quod contra Priuilegia, per quæ Pontifices Maximi ſubiecerunt Monaſterio Valliſoletan. cetera omnia reformata,& reformanda ſuæ Congregationis,

Digitized by Google

tionis, non procedunt argumenta ſeu probationes à ſimili: quod tam infirmum probandi genus eſt in Iure:c.eſt nota.§.ſi verò nullus.in authen.de Inſtr. caut.ex fid. coll. 6.neque procedunt auctoritates hinc inde ſine delectu corrogatę;nihil enim hæc omnia faciunt ad rem,quando in terminis reperitur contraria Iuris diſpoſitio; quia maior eſt auctoritas legis:l.in tantum.§.fin.cum l.ſequen.ff.de rer.diuiſ.

Colligitur tertiò, quòd quicquid ſit de modo probandi per Dominos exaduerſo ſcribentes hanc Generalis electionem ad Congregationem pertinere,ſiuè a ſimilibus, ſiuè a fortioribus,ſiuè ab exemplis,ſiuè per alia emendicata Iuris ſuffragia:modò nõ venimus Romam ad erigendam nouam Congregationem, & leges pro ea poſtulandas facultate Concilij Trident.vel alia ſimili: ſed ſtamus ad Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Tribunal,pro continendo in officio,& obſeruantia Monaſtica,& pro in religione ſarta & tecta tuendo,Congregationem S.Benedicti Valliſoletan. ſanguine Valliſoletan. Monachorum, & immenſis eorum laboribus, & Monaſterij grauibus expenſis iam ab hinc 173. annis paulatim reformatam:& ad minus ab hinc 166. annis de tempore Eugenij IIII. fęl. rec. erectam, & a dicto Monaſterio, & eius Beatis Monachis tàm particularibus, quàm Superioribus,Priuilegijs Apoſtolicis,inſtitutam,cum plena Iuriſdictione Monaſterij,& eius Superioris ſuper omnia a ſe reformata,& reformanda Congregationis eiuſdem Monaſteria:qua ratione Reges omnes Catholici a Ioanne II. incl. mem. dimiſerunt ſuum Iuſpatronatus præſentan. Abbates illorum Monaſteriorum,& Pontifices collationes Abbatiarum: & hac lege voluerunt hanc fieri Congregationis vnionem;dummodo Valliſoletan. Monaſterium haberet ſuper cetera oïa ordinariam Iuriſdictionem: illaq; eſſent eiuſdem Abbati ſubdita,&c.vt in Facto,&c. 11.

Ex quo quartò ſubcolligitur, quod laborant incaſſum quicunque de electione Abbatis Valliſoletan. inconſulto,imò inuito Rege Catholico,agunt immutanda: cum Iuſpatronatus illius Monaſterij ea ratione cum Apoſtolico priuilegio habuerit, vt illud erigeret cum modis,& formis licitis ſibi beneuiſis:vt habetur in Sum. nu. 2.& in illius erectione ſui Prælati electio libera actiuè, & paſſiuè eiuſdem Conuentui fuerit adiudicata: vt eam habuit a ſui conditione vſque ad annum 1550.per annos 160. 12.

Sub colligitur quinto, quod in vniuerſum aliter de hac cauſa agendum eſt, quàm tribus vel quatuor Monachis malè feriatis,& Monarchomachis videtur: Nam a Venerabili Congregatione,quantumcunque illi ſuggeſſerunt, nihil aliud potuit in Capitulo generali præterito immediatè de Anno 1601. obtineri, quàm vt tractaretur, non de ſui regiminis mutatione, quod ſcit non eſſe mutandum: ſed in ſpecie de hac electionis forma, a ſe concordata, an ipſi eſſet præiudicialis: vt apparet in mandato Aduerſarij in Summ. num. 41.§.3. 13.

MEMBRVM SECVNDVM.

SED eſt ſecundo principaliter ſupponendum, quod Congregatio alia via poſſet prætendere Ius eligendi ſuum Generalem:videlicet,vel propter conſuetudinem, vel propter præſcriptionem. Duplici namque hoc Iure poteſt electio alicui competere: vt in c. querelam. de elect. c.cum Eccleſia Sutrina. c. cum olim. de cauſ. poſſ. & propr. & conſuetudo, ſi eſt antiqua,& legitimè præſcripta,dat ius in poſſeſſione:c.ex literis. de conſuet.C.de emancip.l.vlt.& C.quæ ſit longa conſuetudo l.2.& 11. diſt.in his.c. dilecti.de arbit. tribuit etiam ius in proprietate: vt in c.cum Eccleſia Sutrina verb.propter breuitatem.& eſt communis Doct. ſententia ibi. §. 1.

Attamen ab iſto capite conſtat, quod Conuentus Valliſoletan. per 120.annos perpetuos ſolus,& inſolidum,non per vim,non clam,non precario,non per dolum,neque 2.

etiam

Digitized by Google

etiam ſolum bona fide. argum. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.ſi quis emptiones.§.ſed hoc.& 16.q. 3. licèt in regulis. ſed ſicuti illi competebat de Iure Canonico,quatenus eligebat ſuum Prælatum,& per Apoſtolicas,& ſui Ordinis Conſtitutiones,quatenus eligebat omnium Reformatorem,fuit in poſſeſſione quieta eligendi Generalem;qui ſic electus a ſolo Conuentu ſemper fuit ab vniuerſa Congregatione pro tali acceptatus. Quæ conſuetudo præſcripta,qualiter requirebatur,iuxta d. c. cum dilectus.vſum Priuilegiorum Monaſterij optimè comprobauit.

3. Nam dicere, Monaſterium Valliſolet. ab initio Reformationis de tempore Martini V. vel ſaltim ab Eugenio IIII. qui Monaſterium conſtituit ceterorum Caput, vſque ad Annum 1550. per tam longum tempus vniuerſæ impoſuiſſe Congregationi in electione ſui Reformatoris,& illam incautam dolo petitam,& ſeductam, hoc inquam eſt ſolum dicere,quod non ſufficit,ſed oportet probare:qui enim dolum allegat,dolum probare tenetur. l.quoties.§. qui dolo.ff.de probat.Felyn.in c.ſi autem.num.2. de reſcrip. Pariſ.conſ.96.nu. 68.lib.1.Rolan.conſ.11.nu.7.lib.3.Et ad hoc proban. oporteret neque Bullas Pontificias,neque Capitulorum generalium ſeriem, & libros, imò neque hominum extare memorias.

4. Quòd ſi Monachos Valliſoletan. reformare vniuerſam Congregationem dolus fuit,& illa,Monaſticam per illos amplectens diſciplinam,fuit incauta, & ſeducta: ſi illam de malo ad bonum ducere,fuit ſeducere:meminiſſe oportet,etiam eſſe dolum bonum.ff.de dolo malo.c.1.& eſſe etiam bonam ſeductionem,ex S. Auguſtino ſuper Ioan. iuxta quæ vtinam plures Congregationes Religionum, vbi reformatione indigèt, incautæ ſint, & ſeductæ, & plures Religioſi cum Chriſto Seruatore ſeductores millies appellentur,& ſint.At in hoc non eſt immorandum:quia hęc non redolent bonam Congregationis indolem,ſed quorumdam malè feriatorum Fratrum peruicaciam.

5. Si ergò ab eo tempore, quo cœptum eſt perturbari Monaſterio illud debitum ius eligendi inſolidum Generalem,& maximè ab Anno 1565. per Conſtitutionem perpetuam factam a Congregatione ipſa,in vim Concordiæ inter eam,& Monaſterium initæ,& a Pio V. confirmatæ,voluit Monaſterium relinquere ius eligen. Generalem priuatiuè a Congregatione,& iuxta dictam Concordiam,& Conſtitutionem relictum eſt illi ius eligendi illum accumulatiuè, & alternatiuè cum Congregatione, abſque dubio retinebat illud ius perquamiuſtè: iuxta illud axioma tritum; In eo quod plus eſt,& quod minus eſt continetur:& iuxta Regul. Cui licet quod eſt plus. de reg. Iur. in 6.& ab omnibus Iur.& locis vulg.proban.a minori,ſeu a fortiori.

6. Deinde quia contractus ex conuentione legem accipiunt,& ſeruari debent:l. contractus.ff.de reg.Iur.l.1.§.ſi conueniat.ff.depoſit. & eſſe legem latam ab ipſa Congregatione de Anno 1565. & 1568. & confirmatam a Sede Apoſtolica cum clauſula prohibitionis, vt ſi quidquam contra id fieret, non valeret, dedit Monaſterio legitimam poſſeſſionem,& ius:vt habetur in terminis c. dilecto. de præben. & dign. verbo. niſi fortè ſtatutum. & cap. 1. & 2.de confirm. Nam vbi Princeps confirmat,idem eſt ac ſi ferat ſententiam. C. de veter. iur. enucl. l. 1. §. ſed neque.verſ. omnia noſtra facimus.

7. Imò hæc Conſtitutio, & Concordia a Papa confirmata non ſolum conſtituerunt Monaſterium in legitima poſſeſſione eligen. Generalem ſecundum illius diſpoſitionem: ſed etiam excluſerunt perpetuò Congregationem a quacunque,etiam rationabili prætenſione,cōtra illam:iuxta c.1.de rer. permut.in verb. pragmatica Sanctione. & ibi Innocent. & Anchar. nu. 3. Card. nu.4.ponderando illud verbum.ad excuſan. Clerum. quod adeò verum eſt, vt etiam habeat locum in electione S. Pontificis, vt refert Gome. in reg. Cancell. de infir. reſignan. quæſt. 1. concl. 3. verb. pro reſolu-

tione.

tione. quod & probat. Bartol. in l. Prætor ait. ff. ne quid in locò publ. verſ. dedimus conſilium.

Ex quibus primo infertur, quod pactum illud, & tranſactio, ſeu conuentionalis Concordia facta inter Monaſterium, & Congregationem tranſiuit in vim legis pro temporibus futuris, & Monaſterio fuit nouum Priuilegium, quod nedum poſſet, verum debuiſſet perpetuò obſeruaſſe. 8.

Secundo colligitur, quod etiamſi Monaſterium per Conſtitutionem illam a Pio V. confirmatam amiſerat modum eligendi liberè Generalem per ſcrutinium, ſicuti vſque ad annum 1550. elegerat perpetuò: nihilominus adhuc ſecundum dictam Concordiam, & Conſtitutionem, ſeruabatur modus eligendi Canonicus, & erat forma iuridica electionis. Nam cum triplex reperiatur de iure electionum forma, videlicet per Scrutinium, & per Compromiſſum, & per Inſpirationem: vt probatur in c. quia propter. de electio. dicta electio fiebat per Compromiſſum: vt cõſtat ex d. c. quia propter. §. vel ſaltim. eligen. poteſtas. cum in vno triennio Congregatio compromitteret in ſuffragijs Monaſterij Valliſoletan. nominationem duorum Monachorum, ex quibus Capitulum vnum in Abbatem Monaſterij, & Generalem eligeret; & in alio triennio ſimiliter Monaſterium compromitteret in ſuffragijs Congregationis nominationem duorum Monachorum, ex quibus Monaſterium vnum eligeret in ſuum Abbatem, & communem Reformatorem. 9.

Tertio colligitur, præſentem Conſtitutionem S. D. N. nedum non eſſe Congregationi præiudicialem: verum illi conceſſiſſe nimium, & Monaſterium fuiſſe læſum: cuius Fundatores, & antiqui Patres nunquàm ſibi perſuaſerunt affore tempus, in quo Conuentus Valliſoletan. priuaretur ſuffragijs actiuis in electione ſui Abbatis, & Generalis, & in quo is ſaltim Abbas, qui in alternato triennio eligitur profeſſus Valliſoletan. non pendeat in ſui creatione ab eodem Conuentu: qui, pace Congregationis dictum ſit, melius quam ea habet nota ſuorum Profeſſorum merita. 10.

Secunda Pars demonſtrat Æquum, & Ius Clementinæ Conſtitutionis.

PRobato iam nullum Congregationi fuiſſe generatum præiudicium ex huius Cõſtitutionis editione, illam in ſe ipſa eſſe æquam, & bonam probandum eſt. Et quidem tam hanc, quàm ceteras antiquiores Conſtitutiones Pontificias de hac Generalis electione agentes pro temporum, & rerum viciſſitudine fuiſſe iuſtas, & bonas, ab auctoritate ſuprema Pontificum Max. ſic ſtatuentium, præſumendum eſt. Si enim in Iure præſumitur Iudicem inferiorem iuſtum cuique tribuere, & nihil ſine cauſę facere cognitione: c. ex parte. de offic. deleg. per locum a fortiori, id de Summo Iuris, & iuſti Diſpenſatore, qui hanc cauſam tam mature diſcuſſit, melius præſumendum eſt. Et ſi tanta eſt Iudicis auctoritas, quod facit valere quod aliàs non valeret. ff. quod cũ fal. tuto. l. 1. §. penult. in fin. ff. quod met. cauſ. l. fin. ff. de minor. ait Prætor. §. 1. maior certè debet eſſe Papæ auctoritas, vt valere faciat quod alias de ſe tam validum eſt, & hos querulos Fratres iubeat valere. §. 1.

Igitur hanc formam electionis Generalis a S. D. N. conſtitutam eſſe de Iure Canonico probatur primo. Nam certum eſt poſſe iuxta illud, vnum Monaſterium acquirere contra aliud vel plura ius hoc, & hanc præeminentiam, vt alterius vel aliorum Monaſteriorum Abbas eligatur tam actiuè quàm paſſiuè per Monachos profeſſos, & ex Monachis profeſſis talis Monaſterij. Hoc habetur expreſsè in c. Abbate Sancti. 2.

F de ver-

Digitized by Google

de verb.ſignif.vbi ſic loquitur noſter Abb. *Nota conſuetudinem poſſe induci, vt vna Vniuerſitas eligat ſibi Rectorem de alia Vniuerſitate.* Et paulo inferius. *Ex quo inſero, quod hoc non tollit libertatem eligendi: Nam non valet conſuetudo,per quam tollitur libertas eligendi; vt in c.cum terra.de elect.facit c.vbi periculum.§.ceterum.de elect.lib.6; tunc ergo tollitur libertas, cum præciſe compelluntur eligere vnum;& tunc diceremus electionem eſſe nullam, ſecus ſi compelluntur eligere vnum de certo genere perſonarum;quia tunc nō tollitur libertas; quia ſi tolleretur non valeret conſuetudo:vt dixi ſupra.* hucuſque Abb. qui idem repetit ſuper c. licet.de elect. nu. 12. Idem probatur ex cap. cum dilectus. de conſuet. vbi annotant idem, Abb. & Doct. quòd iſta conſuetudo,vel priuilegium hoc non eſt contra libertatem, Eccleſiaſticam,& illam quæ requiritur in electionibus. Idem conſtat ex cap. tua nuper. in verb. aſſumatur de ipſa. vt ibi not. Hoſtien. & Doct. de his quæ fiunt a Præl.

3. Sicuti etſi certum ſit,quod matrimonia debent eſſe libera,&nulla diſpoſitio valeat, quæ impediat eorum libertatem: c. gemma. de ſponſal. non dicitur tamen diſpoſitio impeditiua libertatis matrimonij illa,per quam iubetur,vt debeat contrahi cum perſona talis generis,vel familiæ,vel domus,vel loci:neque tale matrimonium poteſt dici coarctatum. Oldr. conſ. 16. Panorm. d. c. cum dilectus. Nauar. lib. 1. conſ. de Conſtit. conſ. 5. Similiter etſi verum ſit, quod ad beneficium ſit liberè aſſumendus dignior, poteſt tamen inſtitui, vt beneficium conferatur alicui propinquo Patroni illius,iuxta Dominic.receptum in c.Eccleſia tua.de præben.lib.6.nu.5.Et ſimiles diſpoſitiones,ſeu conditiones ſunt licitæ,& honeſtæ.

4. Et ratio horum omnium eſt,quia in electione facienda, matrimonio contrahendo, & conferendo beneficium,aliquid eſt quod attingit rei ipſius ſubſtantiam, quod ſcilicet facit rem eſſe,& ſinè quo res nullo modo ſubſiſteret:& aliquid eſt,quod ipſi rei accidit,& quod,ea exiſtente,contingit ab illa abeſſe.Cum ergo matrimonium,& electio Beneficiarij, & electio reſtricta ad certum perſonarum genus vndè incertus eligatur, poſſint eſſe cum illis,& ſinè illis conditionibus,& diſpoſitionibus, non tollitur ab illis per eas libertas[non enim probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe] c. inter corporalia.de translat.Epiſc.& ibi glo. verb. nullius.cum concord.

5. Manet ergo concluſum iuxta Eccleſiaſticas Sanctiones,quod licet ſit de ratione electionis Canonicæ,vt voluntas libera maneat ſubſtantialiter ad eligen.exiſtente tamen cauſa legitima,poteſt electio reſtringi ad certas perſonas,dummodò maneat voluntas libera ad eligen. incertam aliquam ex illis. Sic docet Nauar.d.lib.1. de Conſtit. conſ. 5. quod multis modis poteſt reſtringi electionis libertas; ita tamen,vt maneat tanta, quanta eſt neceſſaria ad hoc,vt electio valeat. Vndè eſt communis opinio,quod manentibus duabus perſonis inter quas fiat electio,valet ſtatutum vel conſuetudo reſtringendi electionem. Et hic eſt verus ſenſus,c.cum terra.& c.2.de elect.& communis opinio benè declarata,& recepta in d. c.cum terra.de quo etiam viden. P. Azzor.id benè explicans Inſt.Moral.lib.1.c.11.q.11.

6. Quod ſi in electione Abbatis alicuius ſingularis Monaſterij,quæ de iure alias ſpectat ad illius Conuentum,vt infra probabitur,poteſt aliud Monaſterium, vel propter conſuetudinem,vel propter Priuilegium acquirere d.ius de eligen.actiuè,&paſſiuè talem Abbatem cum Monachis,& ex Monachis ibi non profeſſis:multo magis habet locum hæc reſtrictio paſſiua alternatiua Clementinæ Conſtitutionis in electione Reformatoris Generalis Valliſoletan. Congregationis,cuius electio,vt 1.p.ſupra §.1.& 5. deductum eſt,nulli Monaſterio,imò neque omnibus ſimul cōgregatis de Iure Canonico conuenit;ſed illi ſolum,cui conſuetudo,vel præſcriptio, vel Apoſtolicum Priuilegium eam conceſſerint:vt oſtenſum eſt ſupra. 1. p. §. 5.7.8.11.& 12. Sicuti Summi Pontifices,inſtantib.Regibus Catholicis, & ipſamet Congregatio propter tam iuſtas,

& legi-

Digitized by Google

& legitimas cauſas eam electionem Monaſterio Valliſoletan. conceſſerunt, olim alijs modis, nunc vero paſſiuam tantum, & in alternato triennio præcisè.

Probatur ſecundo, Conſtitutionem eſſe æquam, & iuſtam: quia quando duæ ſpecialitates ſunt circa idem, & ex eodem facto procedentes, ſi vna venit principaliter, & altera conſecutiuè ex illa, vtraque eſt toleranda, & admittenda: ſicut admittuntur etiam plures fictiones. §. ſed ſi ab hoſtib. Inſt. quib. mod. ius patr. quæ. ſol. & l. ſub conditione. ff. de ſolut. & l. cum duo. ff. de capt. permiſſo enim antecedenti, cenſentur etiam permiſſa ea, quæ ſequuntur ex illo; l. qui procuratorem dat. ff. de procur. & l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. cum ſimil. ſed in noſtro caſu ſic concurrunt duæ ſpecialitates: ergo de iure ſunt tolerandæ. Minor huius Syllogiſmi probatur, quia ex his duabus ſpecialitatibus Conſtitutionis, 1. videlicet quod Conuentus alij non eligant ſuos Abbates, 2. quod Congregatio eligat alternatiuè paſſiuè Abbatem Valliſoletan. ex Valliſoletan. profeſſis, prima eſt principaliter intenta a Congregatione, propter eius Reformationem, & Bonum: vt conſtat etiam ex eius poſtulatione de Capitulo proximo, vt habetur in Sum. nu. 42. §. 4. vbi petit a S. D. N. vt Bulla eius, & Conſtitutio circa ablationem ſuffragiorum a Conuentibus, in omni euentu electionum intelligatur obſeruanda: ſecunda verò ſpecialitas eſt ad aliam conſequens, & nunquam fuit non intenta a Congregatione, aut ab ea damnata, aut repudiata, vt bene deductum fuit in Facto circa Conſenſum: par. 2. §. 11. 2. 3. & 12. Igitur eſt iuridicè toleranda, & admittenda. 7.

Tertia Pars demonſtrat Bonum Conſtitutionis.

ET quod hæc reſtrictio, ſpecialis Clementinę Conſtitutionis non ſolum ſit iuſta, & æqua, ſed etiam ſit bona, & non minus in fauorem Congregationis facta fuerit, quam in fauorem Monaſterij, imò pro conſtituendo Aequo, & Bono inter Partes, ex ſequentibus fundamentis manifeſtè conuincitur. §. 1.

Primum fundamentum eſt: Quod Reformator Generalis Valliſoletan. Congregationis gerit duplicem perſonam: nam eſt Abbas particularis Monaſterij S. Benedicti, Capitis, & eſt Generalis Reformator Congregationis vniuerſis rationibus, & titulis tàm in Facto, quàm ſupra allegatis. 2.

Secundum fundamentum eſt: Quod antiquius eſt in hac perſona eſſe Abbatem ſeu Prælatum Monaſterij Valliſoletan. quam eſſe aliorum Reformatorem: quod autem antiquius eſt, dignius eſt: c. fin. vbi Præpoſit. & Doct. 17. diſt. neque poteſt antiquius dependere a poſteriori; ſed è conuerſo. Eſt ergo prius in hac perſona modo eſſe Abbatem Monaſterij, quam Generalem Congregationis, non quidem prioritate temporis, ſed cauſalitatis, ſeu naturæ; ſeu Dignitatis, vt explicat Ariſt. in Poſtpręd. c. de Priori. Hoc eſt dictu, iſtam propoſitionem eſſe veram: Hic Prælatus, ſimul tempore Abbas Monaſterij Valliſolet. & Generalis ſuæ Congregationis, quia eſt Monaſterij Abbas, eſt Congregationis ipſo facto Generalis: ſicuti valet dicere, quia Clemens VIII. eſt Epiſcopus Vrbis, eſt Epiſcopus Orbis. 3.

Tertium fundamentum eſt: Quod quia ratione eſt Abbas ſpecialis illius Monaſterij habet Dignitatem Eccleſiaſticam, & vtitur mitra, & baculo: Abbatia namque eſt Dignitas, & prima poſt Pontificalem, quod eſt receptum per ea quæ adducit Philip. Decius, in c. 2. de iud. & c. vt Apoſtolic. e. de priuil. l. 6. habetur expreſſe, maiore honore dignos eſſe Abbates præfatis inſignibus inſignitos, alijs eiſdem non inſignitis: Hęc autem non conueniunt ei, qua ratione eſt Generalis Reformator: ſic enim non habet Dignitatem: quia Generalatus non eſt Dignitas; ſed Miniſterium illi Abbatiæ Val- 4.

liſoletan.

liſoletan. a Pontificibus annexum: propter ſummam Monaſterij, & eiuſdem Monachorum Reformationem,& cauſas ſupra deductas. Vndè cum Generalatus Miniſterium ſit illi Abbati acceſſorium,oportet ſequatur naturam principalis:ad hoc.a Doct. in c.quanto.de Iud.Bellam.conſ.40.nu.33.& 35.& quando aliquid propter aliud apponitur,debet ab eodem eſſe vel non eſſe aſſumi. l. qui res. §. mihi.ff.de ſolut.l.cum ſeruus.ff.de cond.& demonſt.tex.cum glo.in Clem.1.de hæres.verb.intellectiuè.Bald. in l.præcipimus.nu.5.C.de appellat. Certum eſt autem & in confeſſo apud vniuerſam Congregationem,regimen mediatum, quod illius adminiſtrat Abbas Valliſoletan. non eſſe tanti momenti, quantum eſt immediata gubernatio, quam gerit Monaſterij Valliſoletan. a cuius obſeruantia,tamquam a cauſa conſeruante,pendet obſeruantia totius Congregationis:cum plus dirigatur illius Monaſterij moribus,quàm ſuis legibus:hinc in electione huius Abbatis Reformatoris ad id quod in eo eſt principale attendendum maximè fuit.

5. Quartum fundamentum eſt:Electionem actiuam Abbatum ad Monachos ſuorum Monaſteriorum,canonice non impeditos,de iure pertinere. Probatur expreſsè ex Regul.S.Benedicti.c.64.c.Abbatem.16.q.vlt.ex Concil.Tole.1.c.Abbatem.il 2.c.ſi quis Abbas.in fin.c.cum ſit.18.q.2.c.1.61.diſt.c.cum dilectus.de conſuet.vbi not.Anchar. nu.4.notab.4.c.1.& ibi Panorm.Henric.& Deci.nu.3.de elect.Innoc.c.ſingul. num.6. verſ.vndè ſtatutum.de ſtat.Monach.Lambert.de Iure patr. 1.p.lib.2.art.24.q.7. nu.2. & ſeq.Turrecrem.d.c.cum ſit.nu.1.Nauar.in c.nullam.18.q.2.nu.2.Couar.regul.poſſeſſor.2.p.§.10.nu.3.de reg.iur.in 6.

6. Quintum fundamentum eſt:Eſſe etiam de Iure,quod electio paſſiua Abbatis debet fieri de meliori,& digniori Monacho ſui Monaſterij, ſi ibi perſona idonea reperitur: iuxta cap.nullus.& ibi gloſ.c.ſtudium.c.obitum.61.d.c.cum Monaſterium. & ibi gloſ. verb.in eremo.de elect.c.Abbatem. il 2.18.q.2.c.in ordinatione.61.diſt.ibi [& ſi vltimus eſt in Congregatione]c.cum ſit.18.q.2.c.Abbatem.18.q.1.ibi. [Eligant ſibi Fratres Abbatem de ipſis,ſi habent;ſin autem de extraneis]c.ſacrum.64. d.Innoc.in cap. cum inter cauſam.nu.2.& 4.de elect.& ibi.Imol.num.4.& idem Imol.in c. tua nuper. nu.3.& 12.de his quæ fiunt a Præl.Lambert.de Iur.patron.1.p.lib.2. art.24.q.7.nu.2. & ſeq.Sot.de iuſt.& iur.lib.3.q.6.art.2.ad 4.Nauar. conſ.6.nu.1.de elect.

7. Sextum fundamẽtum eſt: Quod licèt hæc deducta iura intelligantur non de neceſſitate,& iuris rigore,ſed de honeſtate,attamen in huius Congregationis Monaſterijs alta mente manet repoſtum, vt Abbates ipſorum creentur ex proprio gremio, & ſuis profeſſis. Vndè hoc ius obſeruabant ante hanc Clementinam Conſtitutionem rigidiſſimè in praxi Conuentus omnes Congregationis,quaſi neceſſarium:imo poſt hanc Conſtitutionem,vt eorum fieret ſatis poſtulatis,noua Capituli Diffinitione cautum eſt,vt conſtat ex Summ. num. 34. §. 2.Vt filij profeſſi Monaſteriorum,in creandis eorum Abbatibus, ab Abbate Generali, & Diffinitoribus, alijs non profeſſis ibidem præferantur.

8. Quibus iactis fundamentis videndum eſt,qualiter ſe habuerit S.D.N. in ſua Conſtitutione. Nam tam Monaſterio Valliſoletan. quàm ceteris omnibus ſuæ Congregationis abſtulit ius actiuum eligendi ſuos Abbates: & ius quod habebat Monaſterium S.Benedicti ad eligendum ſuum Abbatem, & communem Reformatorem tranſtulit ad Capitulum generale:ius vero aliorum Monaſteriorum ad electiones ſuorum Abbatum tranſtulit ad Abbatem Generalem, & Diffinitores in Capitulo exiſtentes. Deinde vero electionum paſſiuarum aliorum Monaſteriorum a Valliſoletan. nihil innouauit;de hoc vno ſtatuit,vt in alternato triennio eligeretur in Abbatem Valliſoletan.Monaſterij vnus Monachus ibidem profeſſus.

Quod

Quod ſi Summus Pontifex in Conſtitutione hac abſolutam libertatem conceſſiſſet
Congregationi, eligen. tam actiuè quam paſſiuè Generalem: poſtularet Monaſterium 9.
Valliſoletan. a Congregationis Capitulo iuſtiſſimè triplici de capite, vt ſemper elige-
ret Abbatem Reformatorem ex dignioribus, & melioribus Monachis profeſſis Val-
liſoletan. Tum quia eſt primo, & præcipuè Abbas ſpecialis illius Monaſterij, iuxta 1.
2. & 3. fundamentum; ad quod debebat attendere Congregatio primo, & præcipuè,
reformatiſſimo Monaſterio reformatiſſimum Monachum, per aquam, & ignem ibidem
probatum, Superiorem eligendo: iuxta 3. fundam. tum quia electio eius paſſiua ſpe-
ctat de iure ad illud, iuxta quintum fundamentum. Secundo idem poſtularet, quia il-
lud ſibi ratione conſuetudinis originariæ, & antiquitus præſcriptæ, & Priuilegij Apo-
ſtolici debebatur: cum Summus Pontifex illi Monaſterio tam obſeruanti Generala-
tum annexuiſſet: iuxta 1. fundamentum, quaſi inde, ſicuti meliores, & digniores Ab-
bates, ſic etiam meliores, & digniores Reformatores Generales eſſent proceſſuri. Ter-
tio idem poſtularet ratione Conſtitutionis editæ ab ipſa Congregatione, de præferen-
dis in electione paſſiua Monachis profeſſis Monaſteriorum, iuxta 6. fundamentum.
Hic eſſet funiculus triplex qui difficile rumperetur.

Sed quia Congregatio, etſi non poteſt petere de Iure ſui Generalis Reformatoris 10.
electionem liberam, vt probatum eſt 1. p. poterat tamen ius quoddam ſimilitudina-
rium, & per comparatiuas conſequentias quaſdam deductum prætendere, eligen. Re-
formatorem Generalem meliorem, & digniorem ex vniuerſo Monachorum grege:
Papa, qui eſt ſupremus Iuris Diſtributor, vt finem optatum pacis, & quietis huic cau-
ſæ imponeret, elegit medium huius Conſtitutionis, & ad illud reduxit diſſenſionem
extremorum, videlicet certi Iuris Monaſterij, & Iuris opinatiui Congregationis: iuxta
c. cunctos. & ibi not. per gloſ. verb. modum. de offic. primic. per quod medium effecit,
vt Valliſoletan. Monaſterium, quod in Capitulo generali habebat maiora Iura, & mi-
norem cum ſuis Capitularibus ſuffragiorum numerum, non opprimeretur à Congre-
gatione, quæ habebat minorem rationem, & plura ſuffragia; ſi ex Monaſterij Mona-
chis profeſſis nunquam, vel rarius eligeretur Abbas illius, & Reformator Generalis:
& rurſus Congregatio non conquereretur, ſi ſtando ſummo Iuri Monaſterij; quod
alias ſumma iniuſtitia eſt: arg. ex gloſ. ad c. 1. de dol. & contum. verb. rigore. ſemper, vel
plerumque ex Monaſterij Valliſoletan. profeſſis eſſet illorum Abbatem, & communem
Reformatorem electura.

Vnde vltimo huius Conſtitutionis æquitas, bonitas, & vtilitas colligitur; quia ſe-
cluſa omni animorum perturbatione, nullum aliud per eam præiudicium fit Congre- 11.
gationi, quam quod imponitur ei quædam fælix neceſſitas, vt faciat id quod ſine ea
facere teneretur: id tamen ſuauiſſima diſpoſitione: cum in alternato triennio, in quo
omnino libere eligit Congregatio Abbatem Valliſoletan. cum adhuc debeat conſi-
derare merita Monachorum Valliſoletan. profeſſorum, & eos cum ceteris compara-
re, vt ex omnibus eligat digniorem in Abbatem Valliſoletan. & Generalem: cum Bul-
la S.D.N. id non prohibeat, & ea quę ad aliquem effectum inducta ſunt, non debeant
operari contrarium: l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. c. fin. de verb. ſignific. quod late
probat Nauar. tract. de red. Eccl. q. 1. monit. 50. nihilominus iam quaſi non curatur a
Monaſterio, ſi tunc Abbas illius, & Generalis ex ipſius profeſſis non conſtituatur.

Quarta Pars, & Reſponſio ad quędam argumenta Aduerſariorum.

PRæcipuum exaduerſo argumentum, & fortiſſimus Achilles eſt: Sicut ad Mona-
chos particulares pertinet habere bonum Abbatem, iuxta Innoc. ad cap. cum §. 1.

inter.a nu.2.de elect.ſic ad Congregationem pertinet habere bonum Generalem; qui ex vniuerſo ipſius grege melius eligetur, quàm ex ſolis profeſſis Valliſoletan.

2. Hæc eſt res Facti: quia cum eligendus in Reformatorem Generalem ſit etiam Abbas Valliſoletan. & neceſſario ſit habendus reſpectus in eius electione ad Monachos profeſſos Valliſoletan. tangit argumentum merita dictorum Profeſſorum in comparatione ad ceteros Monachos idoneos Congregationis: Vnde primo reſpondetur in Facto per confeſſionem Partis aduerſæ: quod probationis genus primas tenet in Iure: l.generaliter.C.de non numerata pec.c.per tuas.de probat.c.nos in quemquam. 2. q. 1.cum alijs per Aym.conſ.61.n.4. nam per d.confeſſionem res hæc efficitur notoria: iuxta c. veſtra.c.fin.de cohabit.cler.& mul. c.cum olim.de verb.ſign.c. ſi Sacerdos. de offic.Ord.c.hoc videtur.22.q.2.

3. Igitur Monaſterium Valliſoletan.modo de Anno 1603.habet 120. Monachos profeſſos,& in his multos Venerandos Patres Seniores,& quinquaginta Patres Theologos,& Philoſophos,& Verbi Dei Prædicatores,& in his quadraginta & tres, qui poſſunt canonicè creari in Abbates totidem Abbatiarum ex quibus conſtat Congregatio: Et in his viginti, qui ſi a Conuentu Valliſoletan. ſolum fieret electio ſui Abbatis, poſſent,& deberent eligi in Abbates ſui Monaſterij pro triennio ſequenti. Hi omnes nominatim ſunt olim propoſiti Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Cardinalibus Iudicibus.

4. Rogandus ergo eſt Procurator Aduerſarius, an hæc omnia ſic ſe habeant? & an inter tot Monachos graues, & doctos, & in Religione Monaſtica exercitos reperiatur aliquis, qui ſit bonus Monaſterij Abbas, & Congregationis Generalis? Quod ſi vel finxerit ſe ignorare, vel recuſauerit confiteri, oportebit vt Congregatio creet Procuratorem pro Curia Romana, quem hæc ignorare non pudeat, vel ea negare non pudefaciat: & hoc eſt reſpondere pro futuris.

5. Quod ſi de præteritis agendum eſt, rogetur idem Procurator, an in Elogijs RR.PP. Valliſoletan. Abbatum, quæ in Sum.nu.45.relata ſunt, fuerit a Procuratore Monaſterij exceſſum: quod ſi etiam voluerit a mortuis vectigal exigere, appellamus experientiam, quæ docet per hos Abbates Reformatores Generales, poſt illos antiquiores Reformatores, Congregationem ad decus,& ornamentum, quod in præſentiarum habet, perueniſſe.

6. Et ex hoc colligitur, quantum abſit Conſtitutio S.D.N. a periculo, vt ſecundum illam eligatur aliquando in Abbatem Generalem Monachus indignus. Imo ſicut certum eſt ex Theologia, & Iure Canonico talem indignum nunquam eſſe aſſumendum in Generalem: vt poſt S.Thom.2.2.q.63.art.2.docent Soto de Iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. art. 6. con. 3. Nauar. Miſcell.de Orat. Miſcell. 34.nu.3.& lib. 1. Conſ. de conſtit. conſ. 5. quod, & docuerat Abb. in cap. Abbate Sancti. de verb. ſignific. num. 8. ſic certiſſimum videtur, moraliter loquen. inter tot Monachos graues, & doctos, quibus indies alij ſimiles ſuccedunt, nunquam plures dignos, qui in Valliſoletanos Abbates eligantur, defuturos.

7. Sed dicent Aduerſarij: quid ſi talis Monachus idoneus per poſſibile, vel impoſſibile deſit in alternato illo triennio? Reſpondetur: eligant tunc ex Congregationis reliquo corpore: nullum tamen inde præiudicium Monaſterij Profeſſis fieret, quominus in alternato ſequenti triennio teneretur Congregatio eligere præciſe iuxta Bullæ diſpoſitionem, ſi iam ibi Monachus idoneus reperiretur. Quod ſic reſoluit gloſ.notab. in d.c.Abbate Sancti.verb.donec ibidem ex illo.& c.quia diligentia.de elect.& ff.de ſeru.ruſt.præd.Attilicinus.quia ceſſante cauſa illa Priuilegium locum haberet: arg. C. de Iur.iur.l.pen.& c.duobus.de ſent.excom.c.prudentiam.§.Sexta.de offic.delegat.

Vrgent

Vrgent adhuc quaſi violento argumento;ex multis idoneis, & benemeritis Valliſ- 8.
oletan.profeſſis,& multis idoneis,& benemeritis ex reliquo Congregationis Corpore
plures conſiderabuntur idonei & benemeriti,ex quibus omnibus melius Abbatis Val
liſoletan.& Reformatoris Generalis electio fiat.

Reſpondetur, quod hodiernæ electiones,etiam Regularium Congregationum, 9.
creſcente nimium honoris appetitu, & decreſcente humilitatis amore, & refrigeſcente charitate,
(verba ſunt Nauarri ad ſimile propoſitum lib. 1.Conſ. de elect. conſ. 13.in append.)
non ſunt tam ab humanis affectibus defæcatæ, vt non debeant hoc vel illo modo di-
rigi,vel reſtringi ab habente poteſtatem:vt electuri optimam partem eligant,ibi vide-
licet digniores quærentes,vbi valeant reperiri. Natura mortalium auida imperij eſt,
inquit Salluſtius,& potentiæ cupido,cunctis affectibus flagrantior,vt ait Tacitus, ve-
tus,ac pridem inſita mortalibus eſt. Ab ea Apoſtoli ipſi in perfectiſſima Chriſti Do-
mini ſchola non fuerunt immunes: imo Magiſtro paſſuro de mortis inſtantis horrore
tractante, Diſcipuli de ſucceſſore in honore Primatus vitæ ſequen. contendebant.
Et has lapſæ naturæ vitio noſtris mentibus congenitas affectiones, Religionis,etiam
Monaſticæ, virtus,ſi heroica non ſit,quatit non flectit;frangit,non fugat;mollit,non
tollit;ſuffert,non aufert;diſſecat,non eradicat;coercet,non remouet;refrænat,non adi-
mit;mitigat non expellit;reprimit,non excludit;eneruat non amputat.

Quo circa probent S. Pontif.hi Patres aduerſarij ſe eſſe ab humanis affectibus ſum 10.
me liberos, & quod fælix fauſtumque ſit,per Monaſterium,concedat illis S. S. quam
expetunt,electionis omnimodam libertatem.Hoc tamen illi nũquam probabunt:cum
ſit improbabile: vndè neque eſt veriſimile,vt Sum.Pont.qui æquiſſimè iura diſtribuit,
eam illis libertatem ſit vnquàm conceſſurus: ne illorum,qui præiudicatam proprijs a
Monaſterijs Abbatis Valliſoletan. afferrent electionem, Valliſoletanorum Monacho-
rum merita violento ſubiaceant præiudicio.

Inſtant adhuc Aduerſarij dicentes: Quandoquidẽ tot Monachi idonei in illo Mo- 11.
naſterio Valliſoletan.reperiuntur,quid opus eſt reſtrictione hac?credendum namque
eſt Congregationem ipſam,etiam pluſquàm alternatiuè,ex illis Abbatem Generalem
electuram.Reſpondetur per eadem quæ modo dicta ſunt,& per ſupra deducta. 5. p.S.
1.de fœlici illa neceſſitate,quæ ipſis benè currentibus calcar addet: & inſuper creſcet
meritum,dum opus fit ex præcepto,quod alias erant voluntariè effecturi.

Et quia hæc res eſt potius Facti,reſpondetur tertio: quod quando S. D. N. remiſit 12.
hanc ſuam Conſtitutionem de Anno 1592.erant nouem anni, ex quibus dimidia fe-
rè pars Congregationis deſiderauerat habere pro Abbate Generali P.M.Petrum Bar-
ba Valliſolet.profeſſum, propter ſua conſpicua merita: & in præcedenti triennio vni-
uerſa Congregatio eũdem P.votis omnibus pro ſuo Reformatore expetierat,& aliun-
de,ne illud conſequeretur,fuit impedita:ſtatim tamen ac in illo Capitulo,in quo Bul
lam S.D.N.acceptauit,vidit ſibi pro prima vice copiam fieri per illam omninò liberè
eligen.ſiluit titulus de meritis conſpicuis P.Petri Barba; & ſub perpetua obliuione
deliteſcerent, niſi Bullæ reſtrictio ad Monachos Valliſoletan. profeſſos in alternato
triennio,vt Abbas Valliſolet.& Generalis eligeretur,illius denuò merita ſuſcitaſſet.

Hinc veriſimiliter poteſt induci, quod ſicut S.D.N.Conſtitutio in triennio,in quo 13.
concedit his PP.electionem omninò liberam,gloſſatur ab illis in Facto ſic:Non eliga-
tur modo in Abbatem huius Monaſterij Monachus in eo profeſſus; ſi omnimodam
illis libertatem conceſſiſſet,ſic in Facto gloſſaretur: Nunquam ex profeſſis Monaſte-
rij Valliſoletan.illi Abbas præficiatur.

Digitized by Google

Quinta Pars reſpondet argumento ſumpto à Regula S. P. N. Benedicti.

MEMBRVM PRIMVM.

§. 1. NEque Conſtitutionis S.D.N. diſpoſitioni circa Generalis electionem obſtat ratione aliqua Regulæ S.P.N.Benedicti diſpoſitio: imo eſt illi maximè conformis vt probabitur.

2. Sunt igitur verba Regulæ huiuſmodi c.64. de ordinando Abbate. *In Abbatis ordinatione, illa ſemper conſideratur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors Congregatio ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars quamuis parua Congregationis ſaniori conſilio elegerit*, hucuſque Regula. vndè ſumpta ſunt verba, & mens eligen. Præpoſitum ct. ordinationi.61.diſt.& c.cum Eccleſia veſtra.de elect. vt infra rurſus dicetur.

3. Igitur in Regula verbum [Congregatio] non ſignificat plurium Monaſteriorum in vnum corpus aggregatorum Communitatem: Sed ſignificat illud, quod nos modò appellamus Conuentum Monachorum. Hoc conſtat ex omnibus alijs locis Regulæ vbi S.Pater hoc vocabulo [Congregatio] vſus eſt; videlicet c. 17.31.35.46.53.57.61.62.63.65.66. In quibus omnibus cum Conuentum ſingularis Monaſterij nuncupet Congregationem, etiam in illo c.64. vbi de Abbatis ſingularis cuiuſq; Monaſterij electione agit, Conuentum vocat Congregationem, quod clarè docet Card. Turrecr. explicans c.17. Regulæ, vbi S. Pater diſtinguit inter maiorem, & minorem Congregationem: vbi Cardinalis maiorem Congregationem dici ait, a Conuentu duodecim Monachorum & ſupra, minorem verò, infra.

4. Neque S.Pater Benedictus locutus fuit de Abbate Reformatore Generali: quia vt probatum eſt ſupra p. 1. S. 1. Monaſteria tunc illum non habebant: & tempore N.S. Patriarchæ Epiſcopus erat Generalis Reformator Monaſteriorum. Hoc etiam conſtat ex ipſo c.64. Regulæ, quod verſamus. Nam cum S.Pater prætimuiſſet poſſe contingere, quod omnis Conuentus Monaſterij eligeret in Abbatem perſonam ſuis vitijs conſentientem, ſubiecit: *vt ſi vitia ipſa aliquatenus in notitiam Epiſcopi ad cuius Diœceſ. pertinet locus ipſe, vel Abbatibus, vel etiam Chriſtianis viris claruiſſent, prohiberent prauorum præualere conſenſum, &c.* Ecce qualiter S. Pater non ad Reformatorem Generalem, quẽ in pluribus, quæ ædificauit Monaſterijs, non introduxit, remittit reformationem iniquæ electionis: ſed ad Epiſcopum primo, & directè, ſicut erat de Iure; nam ad Abbates vicinoſque Chriſtianos ſolum remittit deficiente Epiſcopi remedio, & quando illa vitia illis claruiſſent: ideſt, quando ea eſſe luce clariora conſpicerent; quo caſu, quaſi generali charitatis, & Chriſtianitatis titulo, prauorum in publica vitia conſpirationem, tenerentur prohibere.

5. Eſt igitur certum S.P.N. Benedictum Oeconomiam diuino ſpiritu efformaſſe, Politicam autem non attigiſſe: præuidendo forſan, ſemen ſuum ſicut ſtellas cæli, & maris arenas multiplicandum, neque vnquàm, præ filiorum & Monaſteriorum multitudine, & magnitudine, in Politia vni Capiti ſubijciendum. Hinc circa Reformatores Monaſteriorum Iuri communi ſe conformauit: iuxta quod, vt ſupra probatum eſt. 1. p.d.S.1. non ſolum loquendo de Reformatore Generali, cuius creatio ad Papam de Iure ſpectat, vt deduxi ibi. S.5. Verum etiam loquendo de Abbate ſingulari cuiuſque Monaſterij, cuius electio ad ſuum Conuentum, iuxta Regulam, & Ius ſpectat, vt habetur ſup. 3. p. S. 5. eſt ſolitus Papa rationabili de cauſa tribuere vni Monaſterio ius ſuper electione tam actiua, quam paſſiua alterius Monaſterij, vt dictum eſt ſup. 2.p.S. 2. Vndè,

Digitized by Google

1. Vndè, licèt, ſicut nunc agitur de electione Reformatoris Generalis, de qua non eſt loquutus S. P. Benedictus, ageretur de electione alicuius Abbatis Monaſterij particularis, de qua egit in Regula, adhuc non eſſet Papæ Conſtitutio contra eam: quandoquidem illius diſpoſitio debet intelligi, excepta ſemper alia Papæ, vel iuris communis interpretatione, ſeu diſpoſitione. DD. in l. 2. C. de Noxal. 6.

Et ex hoc loco Regulæ colligitur noua ratio pro æquo, & iure Clementinæ Conſtitutionis: Nam ſi S. D. N. voluit nouum ius ſtatuere in electionibus Abbatum omnium Monaſteriorũ Congregationis, & non obſtan. Regulæ diſpoſitione, neque regula Iuris: Quod omnes tangit, &c. neque l. fin. C. de auth. præſt. neque c. licet ergo. 8. q. 1. neque illa ratione Archiepiſcopi 66. d. videlicèt, ille qui præeſt, ab omnibus, quibus præeſt, debet conſtitui, neque alijs Iuribus ſupra allegat. 4. p. §. 5. abſtulit perpetuo electiones a Conuentibus, & eorum Monachis: nihil inſolens eſt, ſi hanc alternatiuam paſſiuam electionem reſpectu Monaſt. Valliſolet. Capitulo iniunxerit generali.

Et ratio huius eſt: Nam Patres Capitulares, qui Congregationem omnem repræſentant: l. item eorum. §. Decuriones. ff. quod cuiuſcumque Vniuerſitatis nomine. Roman. conſ. 366. & 430. nu. 2. Dec. in c. conſtit. il 2. nu. 3. de appell. Couar. pract. qq. c. 1. num. 4. non ſunt melioris conditionis, quàm res ipſa repræſentata, vniuerſi videlicèt Monachi Congregationis: & cum ab eis abſtulerit Pontifex ius eligen. actiuè ſuos Prælatos, & a Monachis Valliſoletan. ius eligendi ſuum, & communem Prælatum, & ipſi omnes diſpoſitionem S. S. æque ferant: non eſt cur ferant inique Patres Capitulares, quod ex Monaſterio Capite debeant præcisè ipſius Monaſterij Abbatem eligere alternatiuè. 7.

MEMBRVM SECVNDVM.

SEd adhuc admittendo, quod ſi non eſſet ius illud particulare acquiſitum Monaſterio reſpectu electionis Reformatoris Generalis, ex hoc loco Regulæ poſſet ſumi argumentum a ſimili; quia ſicut Abbas ſingularis cuiuſque Monaſterij, quia eſt Monachorum illius Conuentus Caput, debet ab illis eligi, ſic & qui eſt Reformator Generalis Congregationis debet ab vniuerſa ea eligi: cum idem ſit ius in toto, quod in parte. l. quę de toto. ff. de rei vendicat. &c. Nihilominus iuxta Regulę diſpoſitionem eſt etiam ordinata S. D. N. Conſtitutio; quod ſic probatur. §. 1.

Duo ergò diſponit in tex. Regulæ allegato. N. Legiſlator: Primum [vt conſtituatur Abbas ille, quem ſibi omnis concors Conuentus ſecundum timorem Dei elegerit.] Alterum, vt [vel ille conſtituatur, quem pars, quamuis parua Conuentus ſaniori conſilio elegerit.] Ex quo c. Regulæ deſumpſit. Gregorius IX. illud decretum c. cum Eccleſia veſtra. de elect. quod non ſufficit ad validitatem electionis, eſſe factam a maiori parte Capituli: ſed requiritur, vt illa pars ſit ſanior. Imo vero illa pars dicitur maior, & ſanior, quæ maiori zelo, & pietate mouetur. 40. d. multi. in fin. & 9. d. ſana quippè. & argum. 8. q. 1. Si ergo. & ff. de pact. l. maiorem. 2.

Pro cuius text. Regulæ explicatione, & ad Conſtitutionem S. D. N. applicatione, eſt Primò notandum: Quod propoſitio text. eſt alternatiua, quam vocant Logici, & ſæpe Iuriſconſulti, diſiunctiuam; ad cuius veritatem ſufficit alteram partem eſſe veram. c. in alternatiuis. de regul. Iur. lib. 6. l. plerumque. ff. de Iure dot. &c. Vndè ſeruato ordine tam Iuris allegat. §. præcedenti, quam ipſius Regulæ, ille conſtituitur, legitimus Abbas, qui eligitur ab omni Conuentu, vel maiore eius parte, ſi tamen eligat ſecundũ Dei timorem: vel hoc deficiente, ille conſtituitur legitimus Abbas, quem minor pars Conuentus elegit ſaniori conſilio. 3.

Digitized by Google

4. Secundo eſt notan. quod maxima cura S. P. N. Benedicti, circa Abbatis ordinationem, ſtabat, non in electione Fratrum actiua, ſed in Prelati paſſiua: vt videlicet, Domui Dei dignus conſtitueretur Diſpenſator: quæ ſunt eius verba in textu. Hoc indè conſtat eſſe verum, quia illam reputauit caſſandam electionem, non præciſe, & ſolum quæ fieret a Fratribus pari conſilio non ſecundum Dei timorem Abbatem eligentibus; ſed illam, quæ forſan fieret in perſonam conſentientem eorum vitijs; de qua inſufficientia loquitur c. allegat. cum Eccleſia veſtra. verb. ſufficientis. & ibi gloſ. cum ſuis concord.

5. Nam licet Conuentus talibus vitijs infectus propter cauſas minus honeſtas ex cõdicto eligeret Abbatem, qui reuera bonus eſſet, & dignus: etſi electio ex intentione eligentium eſſet illicita, non tamen ex parte electi eſſet irrita: quia boni Abbatis electi verbo, & exemplo eligentium vitia potius emendarentur; & quod aliter ipſi vanè expectarent, expectantium iniquitas ſibimetipſi mentiretur.

6. Tertio eſt ex hoc notan. quod licet lapis lydius, ad quem puritas auri ſanioris conſilij in electione examinatur, ſit timor Domini, & zelus electorum: quia tamen hic zelus eſt in animo, vt not. gloſ. d. c. cum Eccleſia veſtra. lapis lydius, ad quem exterius ſcoria ægri, vel ſani conſilij eorumdem examinatur, & electionis puritas, ſi cetera adſunt, eſt ipſa perſona in Abbatem electa: ſi, ſcilicet, habet merita vitæ, propter quæ debet eligi. 8. q. 1. Si ergo. & c. vt noſtrum. vt Eccleſia benef.

7. Ex his colligitur hoc corollarium: Quod iuxta Regulam noſtram, & Iuris Canones, non eſt bona hæc conſequentia: Hic eſt electus a Conuentu hoc, vel eius maiori parte in Abbatem, ergo eius electio eſt licita, & honeſta: poteſt enim eſſe electus non ſecundum Dei timorem, & minor pars poteſt ſaniori conſilio alium elegiſſe: & tunc valebit conſequentia hæc: Hic eſt electus in Abbatem a minori parte Conuentus ſaniori conſilio, ergo eius electio eſt iuridica, & Regularis, &c.

8. Quartò eſt notandum: quod licet ſit verum, quod ad electiones faciendas non ſint accipienda loca, non perſonæ, non gradus, & in ſpecie loquen. is ſit Abbas Valliſoletan. & Generalis conſtituendus, qui ſit fide rectus, vita caſtus, & gubernatione dignus: qui poſſit diſciplinam, & omnem Congregationis ſtatum vtiliter cuſtodire; quæ ſunt verba Iuſtiniani in authen. C. de ſacroſ. Epiſcopis. §. Iubemus. & ex mente, & verbis S.P.N. Benedicti ſit conſtituendus Abbas vitæ merito, & ſapientię doctrina: nihilominus, vt ſupra partim inſinuatum eſt, quæ eſt præſentium temporum calamitas, & qui noſtrorum affectuum libere ſe exercentium eſt impulſus, in electionibus multi quæ ſurſum ſunt quærunt, id eſt digniorem Superiorem, iuxta S. P.N. Bernardi doctrinam, intellectu, & iudicio ſolum rationis, & quaſi in theoria; ſed non æque ſapiunt quæ ſurſum ſunt in praxi, & in effectu, quaſi præpediti reſpectibus terrenis, & violento affectionis præiudicio; & vbi vacua humanis deſiderijs vaſa deſunt, ſtat oleum illuſtrioris Spiritusſancti inſpirationis.

9. Quibus ſuppoſitis, ſi S.D.N. in ſua Conſtitutione abſolutam, & omnino liberam electionem Abbatis Valliſoletan. & Generalis Capitulo reliquiſſet: facile orirentur inter Congregationem, & Monaſterium Valliſoletan. quæſtiones: An maior pars Congregationis, an vero minor, ſecundum Regulam S.Benedicti, & Iura Canonica, ſaniori conſilio elegiſſet Abbatem Valliſoletan. & Generalem: &, An conſideratis Monaſterij munijs, ad quæ immediatè exercenda Abbas eligitur, & officio viſitationis, & correctionis aliorum Monaſteriorum, ad quod gerendum conſtituitur Generalis Reformator, illa perſona electa, eſſet idonea magis, & melior, & dignior.

10. Hinc vltimo infertur intentum: videlicet, S.D.N. adimpleſſe ea quæ deerant diſpoſitioni noſtræ Regulæ reſpectu Monaſteriorum plurium in vna Congregatione vni-

torum,

Digitized by Google

torum, & ſui Reformatoris Generalis electioni; Nam noluit, vt remaneret locus litium,& quæſtionum reſpectu electionis diſiunctiuæ: de qua diximus in primo notabili: & cum S.P.Benedicto curauit circumſpectè vt eligeretur bonus Abbas: de quo egit ſecundum notabile: fecit Statutum, quod eſſet veluti lapis lydius, iuxta quod examinaretur regulariter rata ne, an irrita eſſet electio Abbatis Valliſoletan. de quo dictum eſt in 3. notabili: & tandem amputauit omnem occaſionem diſputandi inter Monaſterium,& Congregationem de affectibus eligentium, vel de meritis in Abbates Generales electorum, de quo in quarto notabili dicebatur.

Hæc omnia effecit, electionem Reformatoris Generalis, quæ Congregationi de Iure non pertinebat,& quæ ex Apoſtolico Priuilegio,& conſuetudine de Iure Monaſterij erat, pro ſua poteſtate, Capitulo generali concedens hac lege, vt in alternato triennio Abbas Valliſoletan. qui eſt Reformator Generalis, ex Profeſſis Valliſoletan. conſtituatur; vt per quos Monachos fuit in Congregatione obſeruantia Monaſtica introducta, per eoſdem conſeruetur. Et hoc Statutum voluit, vt eſſet Regula infallibilis,& certa, more humano, ratæ vel irritæ d. Abbatis electionis. 11.

Vltima Pars, & Epilogus.

VNde vanus,& irritus erit labor Monachorum quærentium aliam aptiorem formam Abbatem Valliſoletan.& Reformatorem Generalem eligendi, ſub qua pacatus magis viuendi modus, iuxta Monaſticas Inſtitutiones, teneatur. Neque ſolum erit labor irritus: ſed & præſumptuoſus,& imprudens: iuxta illud Salomonis Prouerb. c. 1. explicatum a D.Hieronymo,& tam commendatum c. ne innitaris. de conſt. cum ſua gloſ.& concord. Inſuper & erit labor difficillimus. §. 1.

Neque eius difficultas conſiſtit in allegandis iuribus, aut adducendis rationibus contra Conſtitutionem S. D. N. ſiue a ſimilibus, ſiue a fortioribus: facile namque eſt plures onerare chartas textibus,& gloſ.& ſuppoſitis ab hoc Patre Aduerſario narratis Factis infectis, Informationes conficere Iuris, alias non faciendas. Difficultas igitur ſtat in hoc, vt cum hiſce argumentis,& Rhetoricis Theſibus, & vniuerſis Poſitionibus Regnorum, Rerumpub. Eccleſiarum, Religionum, Collegiorum ſucceſſiones, regimina, electiones,& gubernationes poſſint immutari: de quibus dicere per ſingula ſuperſedemus. 2.

Sum. Pont. qui Conſtitutionem hanc, & antiquiores noſtræ Congregationis edidit,& confirmauit, omne ius habet in ſcrinio ſui pectoris. cap. 1. de conſt. in 6. C. de teſtam. l. omnium. vt illud, qua ratione congruentiori ſibi viſum fuerit, diſtribuat. Priuilegia ab ipſo conceſſa leges ſunt. 3. diſt. priuilegia. Iura ſunt, licet particularia, quæ non minus æque poteſt concedere, quam potuit communia illa, & antiqua Iura condere; & velle nunc tres, vel quatuor Monachos Congregationem noſtram per ſuas vniuerſales propoſitiones reformare, eſſet, quod ait D.Hieronymus, ſeneſcentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quos vltimo remittimus ad Lucernam defenſionis huius Apoſtolicæ Conſtitutionis, quam Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Cardinalibus Iudicibus olim obtulimus: vnde plura erui poſſunt, quę pro Congregationis Reformatione faciant amplianda. Ex quibus, &c. 3.

M. F. Laurentius de Ayala.

Digitized by Google

V I. I V R I S.

Prima Pars

Probat in genere Æquum, & Bonum Clementinæ Conſtitutionis.

§. 1. R.de Pater. CONSTITVTIO S. D. N. non videtur reuocanda, reducendo modum eligendi Generalem Abbatem ad liberam electionem Venerabilis Congregationis S. Benedicti Valliſoletan.

2. Primo, Quia Conuentus cuius Superior ex priuilegijs Summorum Pontificum in omnia Monaſteria Congregationis ordinariam habet Iuriſdictionem, ea immerito priuaretur: quod fieri non debet: reg. decet in 6. Iaſ. conſ. 1. nu. 5. in 6. & 7. arg. vol. 1.

3. Secundo, Quia auferretur omnino ipſi Conuentui proprij Abbatis electio, quæ de Iure ad eum non ſolum in alternato triennio, & paſſiuè, verum & ſemper actiuè ſpectat: c. 1. de elect. c. 2. de ſtat. Monach. c. congregatis. 16. q. vlt. Abb. in c. cum dilectus. nu. 3. de conſuet. Dec. in c. decernimus. nu. 40. de Iud.

4. Nec reſponſio exaduerſo allata, quod Conuentus ipſum Generalem in Abbatem eligere poterit, ſatisfacere videtur: quia electio reſtricta ad vnum, non eſt electio: cap. cum terra. cum alijs, de quibus infra, de elect. ſed receptio: Cardinal. in d. c. cum terra. in prima oppoſitione, in fin. Et exemplum reſolutionis in cauſa Maioricen. ad rem non pertinet; cum in illa cauſa non de electione, ſed de collatione ageretur.

5. Nullum rurſus negotium facit, quod Generalis aliorum Monaſteriorum Abbates eligat: cum cetera Monaſteria ſemper ſubiecta fuerint, Conuentus vero Valliſoletan. Caput omnium, cum plena, & ordinaria Iuriſdictione fuerit conſtitutus; vt ex Facto apparet; Vnde non bene arguitur a minori ad maius affirmatiue: ſecundum vulgar. Quod vero Conuentus ſit veluti dos Abbatis Generalis, falſum oſtenditur in Facto: eſt enim Generalis, quia Abbas Conuentus, non Abbas quia Generalis.

6. Tertio, Quia electio Abbatis Conuentus ex ipſius gremio fieri debet: c. nullus. 61. diſtinct. & ibi Præpoſ. & alij. c. cum terra. & ibi DD. de elect. & data libera electione paſſiua, plerunque ſortiretur Abbatem filium alterius Monaſterij, neglectis filijs ipſius Conuentus: quod alijs Monaſterijs non accideret, ex quorum gremio Abbates a Generali, ex ſpeciali Conſtitutione Capituli, eliguntur.

7. Quarto, Quoniam ab effectu vniuerſæ ipſi Congregationi expedire, quod nihil immutetur, & profeſſos Conuentus ſemper vtiliter præfuiſſe conſtat: exitus enim acta probant. c. vbi periculum. c. fundamenta. de elect. in 6. Euer. in loco ab effectu.

8. Quinto, Quia vt ex Facti ſerie colligitur, Congregatio ſæpiſſime in hac re variauit, & a proprijs Decretis in Capitulis generalibus ſponte factis receſſit: & vtinam (ſit ea, qua decet reuerentia dictum) ſine inconſtantiæ, ambitionis, & ingratitudinis nota: nihil enim aliud variando quæſiuiſſe videtur, quam vt Conuentum, qui Caput & Superior omnium Monaſteriorum fuit, poſt vtiliſſimos Reformationis ac Fundationis progreſſus, alijs Monaſterijs ſubijceret. Vnde ei indulgendum non videtur: ad hæc enim viam amputãdam eſſe, certum eſt ex not. in c. inter dilectos. in ver. poſtmodum. de exceſſib. prælator. c. ſi gratioſe. de reſcript. in 6. Dec. conſ. 686. nu. 13. cum alijs cumulatis per Clementinum de patr. pot. c. 5. nu. 67.

Sexto,

Digitized by Google

Sexto, Quia quæ Princeps ſtatuit, vel conceſſit, facile mutanda non ſunt: c.decet. 9.
de reg.iur.in 6.Dec.in c.cum ac ceſſiſſent.num.64.& ſeq.de conſtit.Tiraq.in l.boue.§.
hoc ſermone.in 8.lim.de verb.ſignifi.Iaſ.conſ.1.nu.5.in 6.arg.in fi.vol.1.

Maxime cum Conſtitutio per modum contractus inter Ven. Congregationem, & 10
Ven. Conuen. S.Benedicti Valliſolet. emanauerit, & iureiurando, ac ſpontanea illius
obſeruantia firmata fuerit: c.1.& 2.de pact.c.cum contingat.c.ſi debitores.de Iur.iur.

Et licet ex cauſa aliud dicendum ſit: l.ſi hominem.ff.mand. c. quemadmodum. vbi 11.
not.de iur.iur.Barb.late in rubr. C. qui admitti. nu.21. non tamen quælibet cauſa
ſufficit; ſed requiritur, vel quod noua ſuperuenerit, vel quod antiqua detegatur, quæ
antea lateret, & qua cognita, Conſtitutio, vel conceſſio non emanaſſet: Iaſ. d. conſ. 1.
nu.6.vol.1.ſeq.Pedemon.Dec.90.nu.15.poſt Bart.in d.l.ſi hominem.ff.mand. & Abb.
in c.ſtuduiſti.nu.1.& 2.de offic.deleg. cumque huiuſmodi cauſa in præſenti ceſſet, nihil afferri conſtat ex quo Conſtitutio abroganda ſit.

Secunda Pars probat modum eligen. Generalem vſque ad Annum 1550. fuiſſe Iuridicum.

NON obſtat, quod formæ omnes eligendi, quę hactenus obſeruatę fuerunt, tam §. 1.
per nouiſſimam, quam per alias Conſtitutiones, vel Concordias, vti libertati,
ac ſubſtantiæ electionis contrariæ, nullius ſint momenti: quæ nullitas pro iuſta cauſa
derogandi ſufficere videtur: Rui.conſ.21.nu.13.vol.1.

Reſpondetur enim, omnes eligendi formas iuri ac rationi maxime fuiſſe conſenta- 2.
neas, & prima excepta, Conuentui, non Congregationi, præiudiciales fuiſſe.

Et quantum attinet ad primum eligendi modum, quo electio actiua, & paſſiua 3.
Conuentus erat ab Anno 1430.circiter vſque ad Annum 1550.& ſic per annos 120.
electio iure optimo apud Conuentum fuiſſe cenſetur: nam cum per id tempus auctoritate primum Martini V. Deinde aliorum Summorum Pontificum ad Conuentum
veterum Monaſteriorum reformandorum, ac nouorum fundandorum, & inſtituendorum cura ſpectauerit, ac plena in eis iuriſdictio competierit, nullus alius Generalis officio fungi poterat, quam ipſius Conuentus Superior, a quo ſumma rerum pendebat:
nam huiuſmodi iuriſdictionis virtute, Prior Valliſoletan. omnium Superior factus,
Generalis appellari proculdubio poterat: nec Monaſteria alium ſibi poterant eligere
Superiorem, quoniam per ſubiectionem eligendi poteſtas ſublata intelligitur: Caputaq. Dec.297.p.2.

Maxime cum Innoc.Papa VIII. de Anno 1489. conſtituerit, quod Prior Conuen- 4.
tus Valliſoletan.Superior totius Congregationis eſſet: & Alexan.VI. de Anno 1496.
& 1502.idem ſtatuerit, Decreta Congregationis confirmando. Certum eſt enim ius
electionis tam actiuè quam paſſiuè per Priuilegium acquiri poſſe.c.Abbate.& ibi DD.
de verb.ſignifi.DD.in d.c.cum dilectus.de conſuetud.etiam incapacibus: Nauar.de
regul.com.3.nu.2.Malere.de elect.libera q.1.col.4.ver.& ſic pondera.fol.2.q.2.ampl.
1.verſ.ſed aduerte.& verſ.ſupremus.fol.13.& 14.& lim.5.fol.22.

Quod quidem Priuilegium ex rationabili cauſa conceſſum fuit: quia ſcilicet ope, & 5.
opera filiorum Conuentus in Monaſterijs, ipſius Conuentus ſumptibus, & exemplo
reformandis, ac nouis erigendis, Regularis obſeruantia, quæ iam diu exulauerat, reuocata fuerit: & quia Monaſteria Conuentui vnita, & ſubiecta erant: vt ex Facto liquet:
expedit enim, quod præmijs, priuilegijs, ac prærogatiuis boni ad huiuſmodi facinora
alliciantur.

6. Neque oberit, quod ratione Reformationis, nullus prælationem ſibi aſſumere poſſit: c. in ſingulis. de ſtat. Monach. innouato in Concil. Triden. Seſſ. 25. de regul. c. 8. quoniam hoc non excludit reſeruationem iure communi, aut particulari Priuilegio inductam. Nauar. conſ. 1. nu. 14. de iur. patr. vbi teſtatur idem omnium conſenſu eſſe receptum.

7. Concurrente potiſſimum conſuetudine, quæ & ipſa ius vtriuſque electionis tribuere poteſt, vt vel certi eligant, vel ex certo Monaſterio Superior eligatur: c. cum dilectus. de conſuetudine. vbi Hoſt. col. 1. in ver. conſtitutum. Butr. in d. loc. col. vlt. verſ. & nota, quod hoc eſt verum. Imol. col. 3. circ. med. verſ. nota, quod ſicut. Compoſt. in princ. in ver. conſtitui. Maloret. d. q. 1. fol. 2. col. 4. verſ. & ſic pondera. Alex. de Neuo conſ. 66. num. 3.

8. Imò conſuetudine acquiritur ius electionis paſſiuæ, etiam Monaſterio diuerſi Ordinis; ſecundum tex. in c. Abbate. de verb. ſignific. & ibi Butr. not. 5. & notab. penult.

9. Et his ceſſantibus ius electionis Conuentui præſcriptione acquiſitum videri poſſet: cum præſcriptione quoque acquiratur. c. cum Eccleſia. 3. de cauſ. poſſ. & propriet. d. c. Abbate. de verb. ſignifi. Compoſt. in d. c. cum dilectus. in ver. conſtitui. de conſuet.

10. Longe magis acquiri potuit Conuentui his omnibus ſimul concurrentibus, quæ concurrere poſſunt: Hoſti. d. c. Abbate. col. 2. in ver. & priuilegia. de verb. ſignific.

11. Nec mouent, pro Congregatione adducta ad oſtendendum conſuetudinem ad fauorem Conuentus inductam non fuiſſe: cum vniformis vſus non durauerit 20. annis: quaſi varia potius rerum obſeruantia, quam conſuetudo fuerit: quæ vti inconſtans, ius non inducit, ſecundum Bald. & alios in l. de quibus. ff. de legib. Hoc enim ex Facto tollitur: nam quantum ad hunc primum eligendi modum, electio actiuè, & paſſiuè 160. annis apud Conuentum fuiſſe probatur, & ex his 120. poſt inceptam Congregationem.

12. Quod vero rurſus obijcit Congregatio, non eſſe conſuetudinem, ſed præſcriptionem, quæ inter Conuentum, & Congregationem inducta dicitur, nihil omnino eſt: nam ſiue conſuetudo, ſiue præſcriptio fuerit, Conuentus habet intentum; vt ex ſubiectis apparebit. Vere tamen conſuetudinem eam appellare poſſumus: cum ita eam tex. glo. & DD. in d. c. cum dilectus. de conſuet. in c. Abbate. de verb. ſignific. & alijs præcitatis appellauerint. Et natura tituli, ſub quo tex. c. cum dilectus. poſitus eſt, conſentit: vulg. l. Imperator. ff. de in diem addict. quod inter alios Card. ponderat d. c. cum dilectus. in 2. quæſt. col. 5.

13. Et ad fundamentum contrarium, quod inter Capitulum, & Capitulum, quaſi inter certas perſonas, non ſit conſuetudo, ſed præſcriptio, reſponderi poteſt cum Imol. in d. c. cum dilectus. col. 6. verſ. ſed aduerte. quod cum ius acquiratur, etiam reſpectu illarum perſonarum, inter quas non fuit aſſuetudo, vt inter perſonarum, quæ eorum loco ſubrogantur, inter quos fuit aſſuetudo, recte conſuetudo dici poterit.

14. Vel verius, vt puto, ac facilius tolletur difficultas ex eo, quod contrarium procedat inter duo Collegia, quorum vnum in alterius præiudicium nihil ſtatuere poteſt; nam ſicut expreſſe ſtatuendo alterum Collegium non ligaret, ita nec per vſum tacito conſenſu ius induceret; quod ad rem noſtram duplici ratione non pertinet: primo, quia Conuentus in Monaſteria habebat plenam iuriſdictionem, etiam ordinariam: & conſequenter ſtatuere poterat: cum facultas ſtatuendi ſit de lege iuriſdictionis: vt trad. Doct. in c. cum omnes. de conſtit. glo. in l. 1. ff. de iur. omnium iud. Doct. in l. omnes populi. & ibi rubr. col. 2. ff. de iur. om. iud. Alex. conſ. 130. nu. 5. vol. 4. Rot. in Barbaſtren. Iuriſdict. Ven. 2. Iun. 1585. coram R. P. D. Pamphilio Rotæ Decano.

15. Secundo, Quia vniuerſa ſaltim Congregatio ſtatuere, & conſequenter conſuetudinem poterat inducere. §. ius autem Ciuile. §. conſtat. de iur. nat. gen. & ciuil. Roch. de

Curt. in c. cum tanto. ſectio. 5. nu. 3. de conſuet. & nominatim diſponere poterat de hoc iuris beneficio eligendi ex gremio, illi renunciando. Vt per Abbatem in c. cum ex officij. nu. 1. de elect.

Denique reſpondetur, quod concluſio contraria procedit, quando aliquid acquiritur Collegio vti Collegio, ſecus ſi acquiratur pro ſingulis perſonis Collegij: vt in caſu noſtro: nam hoc ius non acquirebatur ipſi Conuentui, ſed vni ex Conuentu: Roch. d. ſect. 5. nu. 3. in fin. Verum quia in caſu de quo agitur, concurrebat conſuetudo cum Priuilegio, & ius electionis Priuilegio fuerat acquiſitum, nulla erat opus conſuetudine ad acquirendum, ſed ad probandum vſum Priuilegij, vt manu teneatur Priuilegium, & ius Priuilegio acquiſitum. Butr. in c. Abbate. col. 2. verſ. quandoque. de verbor. ſignificat. 16.

Et quatenus conſuetudo ad acquirendum ius electionis neceſſaria fuiſſet, eaque præſcripta eſſe deberet, hoc vtique interceſſiſſe videretur; cum ad cõſuetudinem præſcribendam, in caſu de quo agitur, ſufficiat curſus legitimi temporis cum bona fide, abſque alio titulo: ex quo præſcriptio ad conſuetudinis validitatem non requirit titulum. Butr. in d. c. cum dilectus. col. 5. in fin. & col. 6. & 7. verſ. oportet tamen. Imol. ibidem col. 5. de bona fide autem vix dubitari poſſet, ſtante conceſſione Superioritatis ex iuſta cauſa, cum conſenſu Congregationis toties geminata; & quod electio per Conuentum, ius Superioritatis in Monaſteria habentem, celebraretur. 17.

Eſto tamen, quod verſaremur circa præſcriptionem: adhuc illa plene ex deductis in Facto probaretur: de curſu enim temporis ex dictis in Facto nulla quæſtio ſupereſſe poteſt: Titulus vero ſufficeret etiam minus iuſtus: Butr. in d. c. cum dilectus. col. 5. in fin. & col. 6. de conſuet. Imol. col. 5. Card. col. 4. in 2. q. Barbat. nu. 108. verſ. Tertio vero ex iſta glo. Abb. in c. cum ex officij. 38. nu. 1. de election. Minus iuſtus autem; ad hoc tamen ſufficiens intelligeretur, conceſſio facta ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli; poſito quod conſenſus in dubium reuocetur: alias enim præſumeretur interceſſiſſe: Card. d. c. cum dilectus. de conſuet. col. 4. 2. q. & ibi alij: vel gratia à Superiore per ſubreptionem obtenta: illa enim præſtat titulum coloratum: Put. Dec. 80. lib. 1. Cumque in caſu noſtro concurrant Priuilegia Pontificum, & conſenſus Congregationis in Capitulis generalibus præſtitus, dubitandum non videtur quin quatenus per ſe non ſufficeret, pro titulo ſaltem ad præſcriptionem neceſſario ſuffragarentur. 18.

Nec refragatur, quod hoc ius ſublatum fuerit per Bullam communicationis Priuilegiorum Caſſinen. Iulij II. de Anno 1505. quia Bulla non eſt arctatoria: ſed communicationem arbitrio Abbatis Valliſoletan. committit: & pro Diffinitoribus, & Iudicibus cauſarum temporalium in Capitulo generali acceptata fuerit. 19.

Nec quidquam refert, quod ſaltim poſtea de Anno 1549. per Breue Pontificium ſuper modo eligendi a Conuentu fuerit abdicatum: quia prætenſum illud Breue nullum attulit Conuentui præiudicium; ex quo de illius iure nullam faciebat mentionem: gratia namque ſubreptitia eſt ipſo iure nulla ſecundum vulgaria: & ſi dediſſet etiam liberam eligendi poteſtatem, intelligeretur, ſine præiudicio alterius, cui ius competit: Butr. in d. c. cum dilectus. in 1. lect. col. pen. ante medium: verſ. & nota, quod Priuilegium, in princ. in 5. notab. Imol. colum. 3. in princ. verſ. nota, quod concedens, Barbat. num. 22. 20.

Minus obſtat, quod de Anno 1553. Congregatio in Capitulo generali decreuerit electionem Conuentui auferendam eſſe, & in alio Capitulo per ſuffragia Congregationis fieri debere: quia nihil potuit ſtatuere Congregatio in præiudicium Conuentus, cui tot legitimis modis electionis ius fuerat acquiſitum: l. id quod noſtrum. de reg. iur. cum alijs vulg. 21.

Digitized by Google

Tertia Pars probat modum eligen. Generalem, iuxta Concordiam, à Pio V. confirmatam, fuiſſe Canonicum.

§. 1. CIrca ſecundum modum eligendi, quo alternis triennijs Conuentus, & Congregatio inuicem duos præſentabant, ſeu nominabant, vt eorum alter ab altera Parte eligeretur ipſe quoque de iure ſuſtineri poteſt: quia eligendi poteſtas ita reſtringi poteſt, vt ex duobus nominatis vnus eligatur: licet ſecus ſit, ſi ad vnum reſtringeretur: Guil. Mandegot. de Elect. p. 1. art. 45: ſequuntur Calderin. Hoſtien. & Compoſtell. relati per Boer. ad eundem Mandeg. d. c. 45. litera C. Idque fieri poteſt tam per conſuetudinem, quam per ipſos eligentes; & mandatum Superioris: Butr. in d. c. cum terra. col. 2. per c. conſtitutis. de appellat. ab eis allegatum: vbi id not. Doct. Franc. num. 2. Præpoſ. num. 11. Alex. de Neu. nu. 19. & in caſu noſtro hæc omnia concurrunt: cum Congregatio ipſa in Capitulo generali ita fieri decreuerit, eundemque modum Pontifices approbauerint, & ab Anno 1565. vſque ad annum 1592. ſeruatus fuerit.

2. Non obſtat, quod hoc ſit contra ſubſtantiam electionis, quo ſtante, non valet, neque conſuetudo, neque ſtatutum: c. cum terra. de electio. neque Breue Apoſtolicum: ad quod adduci poſſe videtur text. in c. cum ad Monaſterium. de ſtat. Monach.

3. Nam reſpondetur, quod talis eligendi modus reſtrictus ad vnum ex duobus, non eſt contra ſubſtantiam electionis: ſubſtantia enim electionis conſiſtit in eo, vt duo pluresue ſint, quorum vnus eligi poſſit, & arbitrium eligendi in his exerceri poteſt: contra ſubſtantiam fieret, ſi eligendi poteſtas ad vnum reſtringeretur: Guil. Mandegot. d. art. 45. Calderin. conſ. 3. de elect. Card. in d. c. cum terra. in 3. oppoſit.

4. Nec tollitur hoc caſu, aut infringitur libertas eligendi, ſed reſtringitur ad certas perſonas: quæ reſtrictio non eſt à iure improbata: cum firma maneat electionis ſubſtantia, quæ eſt, vt vnus ex pluribus aſſumi poſſit: Maleret. de elect. liber. q. 1. fol. 2. col. 1. verſ. reſtat nunc. Nauar. conſ. 5. nu. 5. de conſtit. poſt Abb. quem dicit com. receptum in d. c. cum terra. & in c. licet. nu. 12. de electio. Imol. in eo cap. cum terra. verſ. nota, quod reprobatur. Card. in 2. oppoſitione: ſatis eſt enim ſupereſſe libertatem eligendi neceſſariam ad ſubſtantiam electionis, quæ verſatur circa plures, ex quibus vnus eligatur. Nauar. d. conſ. 5. in fin. de conſt.

5. Ad c. cum terra. de elect. quem Pars aduerſa quæſtionem noſtram diffinire putat, reſpondetur: caſum illius text. qui varios habet intellectus, vt per Card. qui eos colligit, & damnat, ibi in prima oppoſitione, ſecundum omnes intellectus a caſu noſtro longe diſtare, vt facile eſt videre percurrentibus intellectus prædictos, quos prætereo, cum Pars aduerſa reſtringat ſe ad com. intellectum, qui eſt, quod ideo ibi non valeat conſuetudo, vel præſcriptio, quia ſit contra ſubſtantiam electionis.

6. Quod autem diuerſus ſit patet: quia quod electio reſtringatur ad alterum de duobus, non eſt contra ſubſtantiam electionis, vt ſupra dictum fuit. Vnde videndum eſt, quomodo in caſu illius Capituli contra ſubſtantiam eſſet, quod vnus ex duobus electus cenſeretur. In qua re ſequendus videtur intellectus Hoſtien. communiter receptus: is enim illum tex. ita interpretatur, vt Collegium in tractatu duos nominauerit, vt per eum col. 2. circa med. & col. vlt. in ver. de perſona congrua. eoſdemque poſtea nominauerit Patriarchæ, ad cuius voluntatem eligeretur a Collegio, vel Conuentu vnus, quem Patriarcha voluiſſet: & firmat non valere conſuetudinem, vel præſcriptionem, qua manente inſolidum eligendi iure penes Conuentum, vnus ab eo eligendus ſit: vel ad alterius voluntatem caſſetur electio facta, aut impediatur facienda. Dicitque hoc eſſe contra Spiritumſanctum, cuius auxilium in electione imploratur.

Quod

Quod ius eligendi eſſet penes Collegium vel Conuentum,tenuerunt omnes: vt Abb.Antiq.Inn.nu.1.Butr.in 2.not.Io.Andr.& Card.qui eum refert,& ſeq. in prima oppoſit.verſ.Io.Andr.dicit.Abb.nu.3.& alij communiter. Quod nominaretur in tractatu primum, deinde Patriarchæ, ſatis liquet, ex quo antequam a Conuentu nominarentur Patriarchæ,opus erat,vt Conuentus de ipſis nominandis tractaret. Quod vnus ex nominatis ad libitum Patriarchę à Conuentu eligeretur,conſtat, quia ſi Patriarcha ius electionis,vt perſona Eccleſiaſtica,habuiſſet,apud Conuentum autem ſola præſentatio, vel nominatio fuiſſet, nihil contra ſubſtantiam electionis factum dici poſſet: nam Patriarcha eligendi ius reſtrictum ad nominandos acquirere potuiſſet:ita enim totum ius eligendi acquiſiuiſſet:quod fieri poteſt: Hoſtien.vbi ſupra: & licet id ſit contra ius,non tamen repugnat alicui actui electiuo, vel eſt contra electionis ſubſtantiam:Butr.d.c.cum terra.col.2.Denique quod mandaret Patriarcha,vt ex duobus nominatis vnus eligeretur,quem Conuentus omnino eligere deberet,euidenter apparet: nam ſi diceremus Conuentum ius electionis habentem in tractatu ad duos ſe reſtrinxiſſe Patriarchæ nominatos,conſuetudine,præſcriptione, vel præcepto Superioris fieri potuiſſet,quod mandato Patriarchæ illorum alterum Conuentus eligere teneretur, per ſuperius dicta: ex c.conſtitutis.de appellat.conſequens eſt ergo,quod ius electionis Conuentui inſolidum competeret,qui tamen alterum ex nominatis, quem Patriarchą elegiſſet, eligere cogebatur; reſtricta electione in effectu ad certam perſonam,non ad incertum de duobus,vel pluribus certis:& hoc ſeq.Abb.nu.1.& 3.dum dicit,quod valet electio quando reſtringitur ad incertum de certis,quia non tollitur, ſed reſtringitur eligendi libertas. Butr.d.notab.2.Card.d.1.oppoſit.verſ.Io.Andr.dicit.hic enim omnes colligunt ex illo c.cum terra.non valere electionem, quando habentes electionem Prælatum ſibi eligere tenentur ad voluntatem alterius:ita etiam intelligit Præpoſit.in c.conſtitutis.nu.2.de appella.dum dicit,quod non valet electio, quando eligendi libertas reſtringitur ad vnum: idque etiam tradiderunt Abbas in d.c.Abbate.in princip. de verb.ſignific.Calderin.conſ.3.de electionqui ad id citant tex.in d.c.cum terra. 7.

Ex quibus tollitur difficultas propoſita contra Bullam Pij V.Præterquam quod in hac materia plus poſſet Priuilegium,quam Statutum,vel cõſuetudo: videmus etenim Priuilegium eligendi incapacibus ſuffragari,quibus conſuetudo non ſuffragatur: Maleret.de elect. lib. q.2.in 1.ampl.fol.13.& 14.& in 5.limit.fol.21.verſ.5.& fol.22.per Abb.in c.cum cauſam.de election. Sic quoque ſcribunt DD. valere Priuilegium per modum Conſtitutionis cum derogatione contrariorum,quo facultas eligendi ad nominationem,vel poſtulationem tantum reſtringitur,licet conſuetudo non valeat: Rebuff.conſ.51.nu.2.Et in propoſito valeret Conſtitutio,qua habentes electionem Prelatum ad alterius voluntatem eligere tenerentur:quamuis id per conſuetudinem fieri non poſſet:d.c.cum terra.vt per Io.Andr.ibi,quem Cardin.ſeq.in 1.oppoſit. nam per huiuſmodi Conſtitutionem ius electionis ad receptionem redactum intelligeretur: vt Card.declarat.d.1.oppoſit.in fin. 8.

Quarta Pars probat in ſpecie æquitatem Clementinæ Conſtitutionis.

QVantum attinet ad nouiſſimum eligendi modum per Conſtitutionem S.D.N. inductum,quo libera eligendi facultas actiuè ſemper,paſſiuè vero alternis triennijs Congregationi relinquitur, alternis vero paſſiua ad profeſſum Conue- §. 1.

tus reſtringitur, eum æquo animo Pars aduerſa ferre deberet: nam vbi nullo vnquam tempore liberam actiuam, & paſſiuam habuit eligendi facultatem, hac Conſtitutione paſſiuam aſſequuta eſt alternatis vicibus, actiuam autem ſemper. Nec inualida videri poteſt, quia reſtringat eligendi poteſtatem ad incertum ex Conuentu, cum id conſuetudine, præſcriptione, & multo magis Priuilegio, & Conſtitutione fieri poſſit: nec propterea deſinit eſſe libera electio, vt ſupra dictum fuit.

2. Nec ad rem pertinet, quod huiuſmodi electio dicatur libera in concreto, non in abſtracto: arg. in c. cum dilectus. in fin. verſ. vt de cetero. de conſuet. & ibi Abb. nu. 2. in fin. & Imol. nu. 1. verſ. item præmittitur. 2. nam nec Doctores vtuntur his terminis, nec tex. quidquam probat: quia dum dicit [vt de cetero liberam habeant facultatem vndecunque eligendi] ſignificat, non eſſe liberam facultatem, quæ minus legitime ſit reſtricta; ve dari liberam facultatem in duplici differentia, liberam ſcilicet, ſimpliciter loquendo, & liberam comparatiue: ſimpliciter loquendo electio libera dicitur, etiam ſi ad certas perſonas reſtricta ſit, dummodo ſit libertas ex pluribus vnum eligendi: comparatiue autem ad maiorem, & plenam libertatem vndecunque eligendi; illa libera appellabitur, quæ nullam habet reſtrictionem: ſicut donatio cauſa mortis, ſimpliciter loquendo, eſt vera, & propria donatio: l. alienatum. §. donationis. de verb. ſignific. comparatiue autem ad meram munificentiam, & liberalitatem, quæ inter viuos exercetur, ſecus: l. 1. ff. de donat. l. ſenatus. §. 1. ff. de donat. cau. mor. faciunt trad. à Camil. Plaut. de Not. in Crau. lib. 3. c. 7. nu. 5. & 6. In materia noſtra ſufficit, quod in ſubſtantia ſit libera electio, nec requiritur, quod ſit libera per comparationem: ſecundum ea, quæ ſuperius dixi.

3. Denique eſto, quod hi termini darentur, libera electio in concreto, & libera in abſtracto: cum electio libera in concreto dicatur, etiam ſecundum Aduerſarios, quæ ad certum Monaſterium eſt reſtricta; hoc nobis ſatis erit, cum agamus de electione in concreto: nec poſſit eſſe quæſtio Iuris de abſtracto, & ab omni ſpecie penitus ſeparato: illud enim natura nunquam produxit; ſed in idea, & imaginatione tantum eſt, cuiuſque nullus vſus eſſe poteſt: Sarmient. lib. 2. ſelecta. interpret. c. 5. nu. 8. poſt Cyn. in Rub. C. ſi cert. petat. & Bald. in Rubr. C. de probat. Zaſ. lib. 1. ſing. reſponſ. c. 1. nu. 29.

4. Quod vero ex d. c. cum dilectus. in verb. quæ iuri communi præiudicet. colligunt Aduerſarij, conſuetudinem, qua electio ad certum Conuentum reſtringitur, eſſe contra ius commune, quia eligendi libertatem tollat, ſecundum Abb. & Imol. minus bene ex eo tex. deſumitur: nec Doctores id ita eliciunt: notant quidem in eo tex. huiuſmodi conſuetudinem eſſe contra ius, non tamen, quia tollat libertatem eligen. ad ſubſtantiam electionis neceſſariam, de qua agimus: ſed quia eam reſtringat, vt iam dixi: licet in hoc quoque, an ſit contra ius, non deſint, qui negauerint eam contra ius eſſe, & verius exiſtimauerint, eſſe præter ius: vt Compoſtellan. in eodem c. cum dilectus. in verb. conſtitui.

5. Et quicquid ſit in caſu illius c. in caſu noſtro non videtur contra ius: cum Abbas Generalis officium Generalatus habeat vti Abbas Conuentus Valliſoletani, qui in cetera Monaſteria iuriſdictionem habet ordinariam, vt in Facto dicitur, & ſupra ponderatum fuit.

6. Nihil præterea facit text. in c. quod ſicut. in verb. abuſiue. de elect. nam ibi damnatur abuſus eligentium, qui ante perfectam electionem eam ad laicum deferebant, quod vetat Summ. Pontifi. in c. cum terra. in fin. ſecundum omnes ibi eodem titulo, vt gloſ. & DD. in eodem c. quod ſicut. explicant: & de laico loquitur tex. quoque in c. ſacroſancta. eodem titulo.

7. Text. in ſubordinationem. auth. de Monach. collat. 1. vix ad noſtram quæſtionem

applicari

applicari poſſe videtur, at ne vix quidem: ibi enim damnatur modus aſſumendi Abbatem per turnum, vel ordinem antiquitatis, gradus, vel receptionis: & aſſumi iubetur per electionis modū: in caſu noſtro eligitur Abbas, non autem creatur per ordination.

Præterea ius Cæſareum in hac materia allegari non poteſt, niſi a iure Pontificio expreſſe approbatum reperiatur: ſecundum Gom. & alios in §. ex maleficijs. Inſtit. de actio. DD. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſt. 8.

Facili quoque negotio ſubmouetur fundamentum ab Aduerſarijs deſumptum ex c. vlt. 16. q. vlt. & Reg. D. Benedicti. c. 64. iubentium eligi Abbatem ex vniuerſa Congregatione: quoniam hæc præſupponunt cetera Monaſteria libera, non autem ſubiecta: & non obtinent ſi Priuilegio, conſuetudine, vel preſcriptione aliud ſeruandum ſit: & Reg. D. Benedicti recipiet interpretationem a iure communi: Bart. Bald. & alij in l. 2. C. de Noxal. Iaſ. in l. filiusfam. nu. 7. ff. qui ſatiſda. cogan. etiam ſi eſſet correctoria iuris communis: Rot. diuerſ. Dec. 475. nu. 4. p. 1. in impreſſ. & in Rom. ſucceſſ. de Girona. 23. Ian. 1574. coram bo. me. D. Robuſterio. 9.

Ex quo ceſſat etiam quod exaduerſo dicitur, iniuriam Congregationi factam videri, cum id ei denegatum eſt, quod alijs conceditur: nam non omnium Congregationum eadem eſt ratio: & non obſtante hoc fundamento, conſuetudinem præſcriptionem, Priuilegia ſeruanda eſſe conſtat ex dicto cap. cum dilectus. de conſuetudin. capit. Abbate. de verbor. ſignificat. Et hæc cauſa, tanquam antiqua, & notha non ſufficeret ad Concordias Apoſtolico patrocinio roboratas, ac Conſtitutiones hactenus editas reformandas: vt iam dictum fuit: Ex quibus, &c. 10

Io. Baptiſta Sorcius Aduocatus.

LAVS DEO, & B. Deiparæ Virgini MARIÆ, & honori S. P. N. Benedicto.

INDEX

Digitized by Google

INDEX INFORMATIONVM
ET SVMMARIORVM,
Quæ hic continentur.

In primo Alphabeto A, &c. ſimplici.

Facti generalis. D. Anton. Mariæ Coratij. fol. 1.
Reſponſio Facti. fol. 8.
Compendium Facti. fol. 30.

Iuris generalis, cum Reſponſionibus.

Nicolai Angelij Adu. Conſiſt. bon. mem. fol. 12.
Bernardini Scotti Adu. Conſiſt. fol. 28.
Ioan. Bap. Spadæ. Adu. Conſiſt. fol. 31.
Ioan. Bap. Sorcij. Adu. fol. 46.
Martini Andreæ. Adu. fol. 24.
M. F. Laurentij de Ayala. fol. 13. & fol. 31.

In ſecundo Alphabeto A a, &c. duplici.

Dubij circa conſenſum Congregationis in Conſtitutione S. D. N.

Facti. D. A. M. Coratij. fol. 1.
Reſponſio Facti. fol. 3.
Iuris cum Reſponſionibus, & Summaria Deciſionum. fol. 9. & deinceps.

In tertio Alphabeto A, &c. ſimplici.

Summarium Iurium, & Inſtrumentorum. fol. 3.
Bulla Conſtitutionis S. D. N. de qua agitur, cum ſuo Summario ibi. n. 1. fol. 5.
Commiſſio S. D. N. ibi poſt Bullam. fol. 12.

Digitized by Google

R. P. D. DECANO

VALLISOLET. PRAEMINENTIARVM.

Pro

VENERAB. MONASTERIO

S. BENEDICTI REGII VALLISOLETANI.

Contra

Eiuſdem Venerabilem Congregationem.

FACTI, ET IVRIS. I. Pars Facti.

Stantibus hinc inde deductis, quorum in neceſſarijs copia habetur in Summar.

An conſtet de conſenſu Congregationis in caſu, & ad effectum de quo agitur.

R.de Pater. SVPPOSITA veritate Facti generalis iam narrati, maxime. p. 1. fol. 4. ſupra a §. 18. vſque ad 29. incluſiuè, Dubium hoc videtur affirmatiuè reſoluendum.

Primo, quia in d. Conſtitutione non legitur, quod Congregatio conſenſerit in modum eligen. Generalem ibi ſtatutum: prout legi debuiſſet, ad hoc vt contra ipſam poſſet dari de ſurreptione; & vt ex hoc capite poſſet peti Conſtitutionis reuocatio: quia Papa motus eſſet ad ita ſtatuendum ob d. conſenſum; & ſine illo non fuiſſet ita ordinaturus: ſed in ea legitur: *Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Philippi Regis, & Conuentus, necnon Congregationis huiuſmodi petitio continebat, &c.* & infra: *Pro parte Philippi Regis, necnon Conuentus, & Congregationis huiuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum; quatenus eis in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur, &c.* §. 1.

2. Præmiſſa vero, ſuper quibus petebatur prouiſio, erant: quod licet illucuſque in dictis electionibus fuiſſet ſeruata Conſtitutio Pij V. ſupra in principio relata: tamen experientia docuerat, ex illa optatæ pacis exitum conſequutum non fuiſſe: & Abbates, & alios Congregationis finem conquerendi non feciſſe: ex eo quia libere ſibi ius eligendi Generalem minime daretur.

3. Et ideo cum Supplicatio porrecta fuerit pro parte Congregationis, licet verum eſſet Congregationem non dediſſe mandatum ad porrigendum talem Supplicationem: hoc tamen non faceret ſurreptionem: quia eſt verum, quod Supplicatio fuit porrecta pro Congregatione: hoc enim probatur ex ipſis Literis Cõſtitutionis; ſed operaretur, quod Congregatio potuiſſet Conſtitutioni pro ſe impetratæ renunciare, & dicere, nolle vti ea; quia illam non petijt.

4. Sed cum Congregatio non ſolum non renunciauerit: ſed Conſtitutionem pro ſe petitam acceptauerit, & obſeruare iurauerit, idque non ſemel, ſed ter: neque incontinenti, ſed tribus annis intermedijs inter vnam & aliam acceptationem iuratam: & non ſolum verbis promiſerit obſeruare: ſed etiam facto d. Conſtitutionem obſer-

Digitized by Google

do,ſcribendo,& ſubſcribendo dd. Capitula,illis conſenſerit,& ea approbauerit:quod Informantes pro Congregatione dicunt,illum,vigore ſui mandati ad informandum, facere non potuiſſe: quia in dd. Capitulis in Sum.nu.26.non legitur talis conſenſus, & approbatio Capitulorum:ſed ex eo quod d.F.H. Procurator ad informandum Regem,informauit,ac informando deduxit pro Congregatione id quod fuit firmatum in dd. Capitulis;id quod clare probatur ex principio dd. Capitulorum ibi: *Vtraque Pars vniformiter cenſuit expedire media,quæ ſequuntur,&c.* & ſic non dicit,conſenſit, ſed *cenſuit expedire:* quod propriè pertinet ad Informationem: & non minus clare probatur ex fine eorundem Capitulorum; vbi non ſolum nullum habetur verbum de conſenſu: ſed etiam conſtat de contrario ex illis verbis, *facultate mandati ad tractandum præmiſſa,&c.*

Comprobatur 4.iſte conſenſus:quia die 9.Aprilis 1591.factæ fuerunt quatuor copia dd.Capitulorum:quarum vna fuit conſignata d.F.H.de Gante Procuratori Congregationis:vt legitur in fine dd. Capitulorum in Sum.nu.26.vnde intrat præſumptio Iuris,quod d.Procurator certiores reddiderit ſuos Principales de contentis in dd.Capitulis;cum tranſmiſſione copiæ illorum: præſertim cum ad id faciendum fuerit edoctus ex copia eorumdem tranſmittenda, & ſucceſſiuè tranſmiſſa ad Conuentum S. Benedicti,& id expoſceret qualitas negotij iſtis Fratribus grauiſſimi;& a d.die 9.Aprilis vſque ad diem 22.Septembris 1591. prolationis Laudi, interceſſerint menſes 5.& dies 15.& cum Congregatio ſciens deliberationem illam,non contradixerit,cenſetur approbaſſe,& conſenſiſſe. 13.

Stringitur vltimo loco iſta probatio conſenſus ex Regis interuentu, qui aſſumpſit cognitionem huius negotij ad inſtantiam Congregationis, etiam inuito tunc, & contradicente Conuentu;qui non ex ſuo mero arbitrio proceſſit,vt poterat; ſed cum matura cauſæ cognitione,mediantibus ab eo Deputatis, & communicatis Capitulis firmatis cum Procuratore Congregationis:qui conſenſum expreſſum Conuentus cum tanta charitate procurauit;qui poſt firmata Capitula per 5. menſes & vltra ante prolationem Laudi expectauit, ſi queruli,& inquieti Fratres aliquid dicerent;& qui prolato Laudo Conſtitutionem a S. D. N. impetrauit, faciendo ſe inſimul cum Conuentu,& Congregatione Oratorem in illius petitione. Vnde videtur non ſolum audacia,verumetiam fatuitas Fratrum, huiuſmodi Conſtitutionem ex defectu conſenſus impugnantium; & ſumma ingratitudo verſus zelum ſanctum Regis Catholici, qui plus nimio eorum honori conſuluit,quam ipſi modo conſulunt cum hiſce iniuſtis litibus, atque etiam cum modis eas confouendi in hoc Orbis Chriſtiani Theatro. Quamobrem, &c. 14.

Secunda Pars, & Reſponſio ad obiectiones contrarias.

R. de Pater. F E L. recor. Paulus III. in Statuto edito in Capitulo generali de Anno 1550. & confirmato poſtea a Pio IIII. mandauerat, quod Congregatio nominaret duos Monachos, & Conuentus S. Benedicti eligeret vnum ex illis in ſuum, & Generalem Abbatem: cuius Statuti vigore nemo non videt Congregationem potuiſſe nominare tam Monachos aliorum Monaſteriorum, quam Monachos Monaſterij Valliſoletan. §. 1.

Sed ipſa Congregatio in Capitulo generali de Anno 1559. fecit Conſtitutionem; quod ſaltim vnus ex nominatis eſſet profeſſus in Monaſterio Valliſoletan. nequiret tamen duobus triennijs perpetuis eligi a Conuentu Valliſoletan. Monachus ibidem profeſſus. Vnde argumentum ab hac Conſtitutione exaduerſo ſumptum validè retorquetur: 2.

torquetur: quia ex illa probatur, quod origo, & initium alternatiuæ paſſiuæ electionis in Bulla diſpoſitæ non modo fuit de conſenſu Congregationis, ſed etiam ab eadem proceſſit: quodque huiuſmodi Conſtitutio non ſolum non fuit contra Statutum Pauli III. ſed illi maximè congruit.

3. Imo conſiderata cauſà d. Conſtitutionis editæ de Anno 1559. quæ fuit contrauentio incurſa, & contemptus Literarum Pauli III. in præcedenti Capitulo generali: in quo Congregatio auſa fuit per vim eligere Abbatem Vallisoletan. & Generalem, vt in Sum. nu. 17. ſaltim timore pœnarum, neceſſe erat prouidere inconuenientibus; & inuenire modum, per quem Monaſterium S. Benedicti, quod eſt Caput Congregationis, & per annos 120. habuerat liberam omnino electionem Generalis, non efficeretur deterioris conditionis ceteris Monaſterijs, quę habent Abbates Monachos profeſſos ex ſuo gremio: cumque Congregatio ſua ſponte inuenerit, & firmauerit modum, quo, ſaltim alternis vicibus, Monaſterium Vallisoletan. haberet Abbatem ex ſuo gremio: ſequitur, quod hic modus ſit melior, & iuſtior ceteris omnibus.

4. Et Compromiſſo duæ in effectu dantur reſponſiones; Prima, quod Congregatio illud fecerit per vim, iuſſu Regis: Secunda quod ex illo non tantum non elicitur conſenſus Congregationis, ſed etiam expreſſus diſſenſus paſſiuæ electioni, iniunctæ in Bulla, profeſſi Monaſterij S. Benedicti.

5. Quoad primam nimis audacem, temerariam, & iniuſtam de ſomniata violentia Regis, illam exaduerſo informantes probare conantur ex ipſo Compromiſſo, in quo ipſamet Congregatio narrat: quod Epiſcopus Salamantin. Præſidens nomine Regis, dixit: quod Rex volebat, vt compromitteretur in ſuis Regijs manibus.

6. Reſpondetur enim, quòd quidquid ipſa Congregatio narrauerit, & a Notario ſcribi fecerit: veritas eſt, quod nullus interuenit iuſſus Regis: ſed quod Congregatio ad colorandam ſuam proteruiam, & inobedientiam mandatorum S. Sedis Apoſtolicæ, & contemptum Patrum ſuorum, qui olim congruo, & iuſto medio, hanc cauſſam, perpetuo Partibus impoſito ſilentio, concluſerant: confidens in iudicio ſecularium, fecit illam narratiuam.

7. Quæ veritas clare probatur ab expreſſo diſſenſu, & contradictione Conuentus S. Benedicti, qui religione Apoſtolicarum Ordinationum, & ipſius Congregationis, recuſauit compromittere: & ab effectu etiam ſubſequuto: Nam Rex deputauit Auditores, & Cognitores differentiarum, & rationum vtriuſque Partis: qui firmarunt Capitula a F. P. de la Cueua, & F. I. de Silua Nuncijs Monaſterij S. Benedicti, & a F. H. de Gante Procuratore Congregationis ſubſcripta; & Rex illorum copiam tranſmiſit Conuentui d. Monaſterij cum ſuis Literis, de quibus in Sum. num. 25. & in quibus Rex, cui magis eſt credendum, ſcripſit; tranſmiſſum ſibi fuiſſe Compromiſſum a Congregatione: & non iuſſit Conuentui, vt acceptaret dicta Capitula, tanquam ab eo ſtabilita: ſed exhortatus eſt ad illa acceptanda, tanquam iuſta, a Conſiliarijs ſuis, & alijs Perſonis Religioſis ab eo deputatis, & ad Informationem dd. FF. firmata.

8. Circa ſecundam reſponſionem, pro intelligentia ſupplicamus conſiderari denuò, Concordiam de Anno 1565. de qua in noſtra Informatione generali 1. par. §. 19. & 20. & qualiter Congregatio nimis pinguis, ſine aliqua alia cauſa, quam volubilitatis, & ambitionis, volens recedere ab illo modo eligen. contradicente, & inuito Monaſterio S. Benedicti, proprios appetitus appellans lites, & diſcordias, quæ nullæ extabant: illas compromiſit in Regem, concedendo ei abſolutam poteſtatem illas terminandi; & promittendo omnino ſtare, & inuiolabiliter obſeruare Laudum, ab eo proferendum. Vnde videtur nimia temeritas negare conſenſum Congregationis in contentis in Statuto S. D. N. quod eſt idem cum Laudo Regis.

Neque

Digitized by Google

Neque prætenſio, quam habebat Congregatio in libera electione Generalis narrata in Compromiſſo, probat diſſenſum contentis præter eius prætenſionem, & appetitum in Laudo Regis, & Statuto Sanctiſſimi: quia Congregatio non dedit facultatem Regi Laudandi iuxta prætenſionem ipſius Congregationis: quo caſu, ſi Laudum eſſet contra prætenſionem, poſſet dici ſine eius conſenſu: ſed conceſſit, *vt Sua Maieſtas determinaret* (hæc ſunt verba Compromiſſi) *& iuberet id, quod ſibi melius viſum fuiſſet, & placuiſſet:* & ſe obligauit ſtare, & acquieſcere determinationi, quam S. Maieſtas faceret: nec reclamare. Vnde conſenſus contentis in Laudo Regis, cum quo conuenit Statutum Sanctiſſimi tergiuerſari non poteſt. 9.

Præſertim cum verum non ſit, quod prętenſio Congregationis narrata in Compromiſſo ſit contraria determinationi Regis: ita vt, etiam attenta ſola prætenſione, poſſit colligi diſſenſus Congregationis Laudo Regis: Nam verba prętenſionis exaduerſo relata, & alia omiſſa, cantant de electione actiua: in qua erat coarctata Congregatio ſolum. Nam iuxta Concordiam a Pio V. confirmatam, quæ tunc obſeruabatur; tam Conuentus, quam Congregatio liberè poterat in ſuo turno duos Monachos vndecunque nominare: vnde circa electionem paſſiuam nulla fuerat neque erat inter Partes controuerſia: verba igitur Compromiſſi ſunt, videlicet: *quod electio Generalis fieret per totam Congregationem, &c.* item illa: *ex quo eſt coarctata Congregatio in electione Generalis, & non poteſt fieri liberè per totam Congregationem, &c.* item illa: *nominante d. Congregatione ſolummodo vnam Perſonam, quæ eſſet Caput; & Generalis Congregationis abſque eo, quod Domus S. Benedicti poſſit eligere, vel nominare aliquo triennio d. Generalem, prout hactenus fecit, &c.* & Laudum Regis, & Statutum Sanctiſſimi concedunt totam poteſtatem electionis actiuæ Congregationi: ſed mandant in alternato triennio fieri paſſiuam electionem de Perſona Monachi profeſſi Valliſoletan. de qua paſſiua electione nec verbum in prætenſione Congregationis narrata in Compromiſſo. 10.

Niſi forſan verba illa Compromiſſi, videlicet: *quod libere fieri non poſſit per vniuerſam Congregationem, ſine reſpectu d. Conuentus S. Benedicti, &c.* velit Aduerſarius detorquere contra mentem Congregationis; vt faciant ſenſum, videlicet, prætendere Congregationem eligere Generalem, nunquam reſpiciendo paſſiuè ad Monachos Valliſoletan. profeſſos: quæ eſſet prætenſio pluſquam iniuſta: cum de nullius Monaſterij Monachis hoc prætendi poſſit; quanto minus de Monaſterio Capite, & cuius eſt Abbas particularis ille, qui in Generalem eligitur; & quod habet fundatam ſuam intentionem in Iure Canonico reſpectu electionis ſui Abbatis tam actiuè, quam paſſiuè. Igitur vertat ſe quorſum voluerit Congregatio, nuſquam inueniet diſſenſum: ſed potius clariſſimum conſenſum. 11.

Imo ſtrictiſſimè loquendo; attentis ſupranarratis, videlicet, Conſtitutione ipſius Congregationis de Anno 1559. quod ſaltim vnus ex nominatis a Congregatione eſſet profeſſus Valliſoletan. & ſequenti Reformatione de Anno 1565. quod in alternis triennijs Conuentus S. Benedicti nominaret duos Monachos Congregationi; vt ipſa ex illis vnum eligeret in Generalem: qui nominatus a Conuentu veriſimiliter eſſe debebat profeſſus in eius Monaſterio; cum Congregatio in Compromiſſo non controuerterit niſi electionem actiuam: ſequitur, quod conſenſus Congregationis in electione paſſiua vnius profeſſi Valliſoletan. Monaſterij, in alternis triennijs expreſſus, qui durauit ab Anno 1559. vſque ad Annum 1589. celebrationis d. Compromiſſi, continuatus fuit in eadem electione paſſiua, ordinata in Laudo Regis, & in Statuto Sanctiſſimi. 12.

Demum, cum in d. Compromiſſo Cógregatio proteſtata fuerit velle allegare alias cauſas & rationes eius prætenſionis, quas nunc exaduerſo Informantes vocãt magna- 13.

Digitized by Google

inconuenientia: ac conſtituerint Procuratorem ad cauſam compromiſſam F. H. de Gante, qui ſe contulit ad Cur. Regis, & cum tota ſua Informatione, ipſo acquieſcente, Deputati a Rege reſoluerint totam electionem actiuam concedendam Congregationi, paſſiuam vero fore diuidendam per triennia; ſequitur Primo, quod cauſę, & rationes pro Congregatione allegatæ concernerent actiuam inſolidum, non autem paſſiuam electionem Generalis; & maximè cum Congregatio nunquam conqueſta fuerit eo quod haberet Generales profeſſos Valliſoletan. (habuit enim illos ſemper optimos) vt ex ſolis illis qui ab Anno 1550. eam reformarunt conſtat in Sum. nu. 45. ſed eo quod inter optimos Monachos illos Valliſoletanos nequiret ipſa liberè eligere meliorem. Sequitur Secundo; quod magna inconuenientia ſint chimærę ſatis inſipidæ inuentæ in officina Fratrum parum de Religione benemeritorum.

14. Mandato Congregationis in Perſonam F.H. de Gante ad cauſam in Regem compromiſſam exaduerſo Informantes reſpondent: quod non dederunt illud ad Concordiam, quæ ſemper fuit cauſa rixæ: ſed ad informandum Regem de ſuis Iuribus.

15. Quæ reſponſio non tangit fundamentum pro Conuentu factum in d. mandato: videlicet, quod Congregatio poſt Compromiſſum, conſtituendo Procuratorem ad cauſam compromiſſam, qui mandatum exhibuit coram Deputatis a Rege, & informauit vſque ad reſolutionem, dicatur expreſſe conſenſiſſe Laudo proferendo, & Statuto eidem Laudo conformi; qui conſenſus velari non poteſt.

16. Numquam vero Conuentus dixit, F.H. de Gante fuiſſe conſtitutum ad concordandum; aut ipſum pro Congregatione, & F. Petrum de la Cueua pro Conuentu informando, & ſubſcribendo Capitula, illa approbaſſe, illiſque conſenſiſſe: ita vt ex hoc poſſet appellari Concordia: ſed defendit totum contrarium: quod iſti ſolum informarunt: non autem approbarunt. Non eſt enim verum, quod in Capitulis dicatur facta fuiſſe de conſenſu ambarum Partium: ſic enim habent verba vulgari ſermone Hiſpano in principio: ***De conformidad de ambas Partes han parecido conuenientes los medios ſiguientes***. & Aduerſarius male interpretatus eſt ſic: ***De conſenſu ambarum Partium, &c.*** Verbum namque conſenſus non habetur ibi: ſed ſic ſunt verba ſimpliciter interpretanda, videlicet: ***De conformitate ambarum Partium, viſa ſunt conuenientia media quæ ſequuntur.***

17. Vnde ponderando dicta verba ſiue ſic, ſiue illa noſtræ interpretationis, videlicet: ***vtraque Pars vniformiter cenſuit expedire, &c.*** & in fine Capitulorum ponderando etiam verba illa, videlicet: ***facultate ad tractandum hæc, &c. ſubſcripſimus, &c.*** dicta Capitula continent ſolum opinionem, quod in illis contenta eſſent ſufficientia media ad concordandas differentias: neque aliquo reſpectu poſſunt dici, neque eſſe Concordia: tum quia ſubſcribentes non habebant mandatum ad concordandum; tum etiam quia Conſiliarij, & aliæ Perſonæ Religioſæ a Rege Deputati fuerunt ad audiendum, & ſibi referendum ad effectum recte eum eorum conſilio Laudandi: & ipſi dd. Fratrum Informationibus auditis, retulerunt cũ dictis Capitulis quid Fratres & ipſi ſentirent.

18. Et quod neque etiam Rex habuerit dd. Capitulationes ſubſcriptas pro Concordia, & conſenſu Partium: ſed pro relatione ſuorum Deputatorum, & informatione Partium conſtat.

Primò, quia cum haberet conſenſum Congregationis in Compromiſſo, & d. mandato ad informan. non autem conſenſum expreſſum Conuentus: non tranſmiſit copiam Capitulorum Congregationi: ſed eam ſolum conſignauit illius Procuratori; vt ipſe de officio Congregationem de omnibus certioraret: tranſmiſit vero illam Conuentui, eum hortando ad illa acceptanda: prout Conuentus cum Epiſtola reſpõſiua, & cum mandato in dd. F. P. de la Cueua, & F. H. de Silua acceptauit non ſo-

lum

lum illa Capitula: ſed quidquid aliud, quomodolibet Rex determinaret, vel Laudaret: vt in noſtra Informatione generali. 1. p. §. 26.

Secundo, quia Rex in Laudo non inſeruit ſubſcriptiones dd. Fratrum: ſed Compromiſſum Congregationis, & mandatum Conuentus Valliſoletan.

Tertio, quia ſic cantant verba ~~Compromiſſi~~ Laudi, videlicet: *Commiſi, & mandaui; vt melius ſumerem reſolutionem in cauſa; & ad maiorem ſatisfactionem Partium, aliquibus de meo conſilio, & alijs Perſonis, quæ bene informatæ de illis mihi conſulerent, quod ſibi videretur: vt circa illud deberem prouidere, & determinare: quod fecerunt, & adimpleuerunt, & cum me informaſſent vnaquæque Partium de ſuo Iure, & iuſtitia, per præſentem, cum beneplacito S. Sanctitatis determino, ordino, &c.*

Quarto, & vltimo; quia in fine Laudi protulit ſic: *Et hanc meam determinationem, & Concordiam habeant pro vltima ſententia, &c.* vt omnia habentur in Sum. num. 29. §. 4. & 9. Vnde Rex habuit ſuam determinationem pro Concordia propter Compromiſſum Congregationis, & propter mandatum Conuentus: neque Aduerſarij poſſunt elicere hoc nomen Concordiæ niſi ex d. Laudo; quia neque in Conſtitutione Sanctiſſimi, neque in alijs ſcripturis habetur mentio aliqua Concordiæ.

Quod autem Congregatio ſemper abhorruerit tanquam peſtilentem Concordiam factam a Rege, accipiendo Laudum pro Concordia, ſic a Rege, vt ſupra, nuncupatā: nempe in tradendo abſolutam electionem actiuam Generalis ſoli Congregationi, & diuidendo paſſiuam in vno triennio pro Congregatione, & in alio pro Conuentu; eſt ab omni veritate alienum: quia vt ſupra comprobauimus Congregatio ambiebat actiuam electionem, quam obtinuit: & conſenſit diuiſioni paſſiuæ per triennia: ſic enim informauit eius Procurator conuenire, vt concederetur Congregationi: quæ Informatio fuit illi multum fauorabilis: imo fuit nimia conceſſio: cum per eam Monaſterium Valliſoletan. remanſerit priuatum voce actiua, ſeu ſuffragijs, quæ hactenus tam de Iure, quam de Conſtitutionibus Congregationis, & Priuilegio, & conſuetudine præſcripta, ſemper habuerat. 19.

Mandatum Monaſterij factum fuit poſt tranſmiſſas ſibi a Rege Capitulationes; ideo cum contineat poteſtatem acceptandi, & conſentiendi omnes Capitulationes, & in ceteris, quæ de nouo voluerit S. Maieſtas, vt cantant verba mandati in Sum. num. 28. & cum prius etiam miſiſſet ad Regem illos Monachos Nuncios, qui pro Monaſterio informarunt Deputatos a Rege, eſt fatuitas negare Compromiſſum ex parte Conuentus: cum informare primo circa cauſam, & velle acceptare Capitulationes, & quidquid de nouo Rex voluiſſet, propriè ſit ſuas differentias in Rege compromittere. 20.

De effectu Compromiſſi conſtat ex Laudo Regis ſubſequuto, & etiam ex conſenſu Monaſterij tam per Epiſtolam in Sum. nu. 27. quam cum mandato in dd. Fratres emologato coram Petro Fernandez de Collantes publico Notario; & inſerto in Laudo, vt in Sum. nu. 28. cuius Laudi Inſtrumentum eſt authenticum; quia fuit publicatum a Secretario ipſo Regis, qui de illo fuit rogatus; ac etiam parte Congregationis citata: vt ex eius inſpectione apparet. 21.

Vnde dicere, quod Laudum a Rege prolatum non caret ſuſpicione, eſt ſufficiens teſtimonium, quod Congregationis Monachi non ſunt ita timidi; vt neſciant non obedire mandatis Regis: quando nunc audent dicere, ſuſpectum Laudum cum tanta maturitate, ac ad ipſorum inſtantiam a Rege prolatum. Imo conſtat, quod credentes Monaſterium, cui ſolum copia ſimplex præfati Laudi relicta fuit, iam non poſſe habere Inſtrumentum authenticum ipſius, propter mutationem Regiæ Curiæ, ſeque poſſe ſuadere Conſtitutionem Sanctiſſimi fuiſſe fundatam in illis Capitulis ſubſcriptis, & negando mandatum F. H. de Gante ad concordandum, poſſe obtinere reuoca- 22.

tionem

tionem Conſtitutionis,mouerunt hanc iniquam controuerſiam:fundan.eorum intentionem in ſolo defectu ſui conſenſus.

23. Neque obſtat,defectus citationis exaduerſo oppoſitus: 1. quia Compromiſſum fuit liberum,2. quia fuit Laudum prolatum a Rege,3. quia Laudum deſeruit ad probandam volũtatem,& determinationem Regis: non autem agitur de illius exequutione:quia ad hoc habemus Conſtitutionem Sanctiſſimi eadem in omnibus diſponentem:vltimo,quia habemus ſubſcriptionem Capitulorum idem continentium F. H. de Gante Procuratoris ad cauſam compromiſſam: qui potuit conſentire, quod ſic pronunciaretur:& ſtante conſenſu,non fuit neceſſaria citatio.

24. Ex quibus conſtat,quam ſit vanum dicere,quod Rex fuerit deceptus a Monaſterio, & Papa a Rege:cum ex cauſę proceſſu iam innotuerit,quod Rex deputauit Conſiliarios,& alias Perſonas Religioſas;quæ non ſolum fecerunt relationem Regi:vt ipſe atteſtatur in Laudo: ſed etiam dd. Deputati,non ex ſeipſis,ſed ab Informatione habita a Procuratoribus vtriuſque Partis,& cum ipſis formatis,& ſubſcriptis Capitulis relationem fecerunt. Et demum dicant Aduerſarij,in quo conſiſtat iſta deceptio. Si enim Congregatio ſola feciſſet Compromiſſum,& Monaſterium approbaſſet Laudũ, in quo fuiſſet Rex deceptus? Sed Monaſterium acceptauit Capitulationes factas,vel faciendas per Epiſtolam: & conſtituit Procuratores ad acceptandum quidquid per Regem terminaretur:qui Laudum acceptarunt: & Monaſterium Conſtitutionem obſeruauit,& obſeruat.

25. Probato igitur conſenſu Congregationis in Laudo Regis,non poteſt dubitari de defectu conſenſus in Statuto Papæ:tum quia tam in Compromiſſo, quam in d. mandato ad informandum Regem Congregatio reſeruauit beneplacitum Apoſtolicum: propter quam reſeruationem Deputati in dd.Capitulis retulerunt Regi,quod S. Maieſtas debebat petere approbationem a Sede Apoſtolica:tum etiam, quia ſtante veritate conſenſus, ſtatur aſſertioni Papæ,quod ad inſtantiam Congregationis fuit ſupplicatum:licet in Literis Papæ non dicatur ad inſtantiam:ſed pro parte Congregationis:vt diximus ſupra in hac Informatione.p.1.§.1.

26. Licet vero Statutum Papæ poſtea mandaret ſub cenſuris, & pœnis alijs illius obſeruantiam;non tamen videtur excludi declaratio voluntatis Congregationis, quod Rex ad ſui libitum Laudaret: & peteret approbationem a Papa: Nam quantumcunque admitteremus gratis,quod in illo primo Capitulo generali de Anno 1592. Congregatio potuiſſet habere aliquam cauſam timoris in parendo:nihilominus, cum abſoluto Capitulo potuerit, ac debuerit recurrere ad Sedem Apoſtolicam; & dicere; quod dictæ Literæ pro ipſis conceſſæ, ab eis, ſeu de ipſorum mandato petitę non fuerant:& non ſolum id non fecerit: ſed etiam in duobus ſequentibus Capitulis promiſſionem iuratam reiterauerit,& obſeruauerit:eſto, quod non poſſit repelli ab agendo exceptione acceptationis:quia poſſet dicere:Seruaui ob iuſſum pœnale Papæ: bene tamen poteſt reijci ob conſenſum præſtitum in petitione d.Statuti enunciatum a Papa,& cum iſta obſeruantia comprobatum.

27. Fides autem contradictionis Congregationis,tanquam fides priuata nihil probat: præſertim contra obſeruantiam contrariam per publica Iuſtrumenta probatam.Vltra quod in hoc Congregatio eſt ſibi contraria;cum dicat propter cenſuras,& pęnas non potuiſſe contradicere.

28. Et quod Congregatio non potuerit dare mandatum ad recurrendum ad Papam ſine incurſu pœnarum,tanto minus deberet dici ab Aduerſarijs,quanto conuincuntur ab hoc recurſu, quem fecere,ſperantes non fore facilem probationem veritatis: & tamen pœnæ cõminatæ in Conſtitutione,etiã tunc vigebãt: prout vigent de præſenti;

Cetera

Cetera tangunt Regem,quod ſine auctoritate,& Partis citatione laudauerit : tangunt F.Hieronymum de Gante,quod fuerit proditor Congregationis,etiam tangunt ipſoſmet informantes ; qui ſubtilizando, deſtruunt in fine , quod dixerant in principio,& medio : adeo, vt oſtendant manifeſtè in Facto claro,& euidenti velle tenebras inſerere:ſed ſine colore,& velo ſubſiſtentiæ. Quamobrem,&c. 29.

Antonius Maria Coratius.

I. I V R I S.

Prima Pars probat conſenſum Congregationis ex actibus antecedentibus.

R.de Pater. VIDETVR conſtare de conſenſu Ven. Congregationis , ex multis,

Primo ex Compromiſſo facto in Regem ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ; in quo datur poteſtas ſtatuendi ſuper electionis forma,reſeruato beneplacito Sedis Apoſtolicæ;cuius vigore videtur data poteſtas impetrandi a S. D. N. vt ſtatueret quicquid Regi videretur ſuper ea re. Nam quoties contractus initur ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ,videntur Partes ab initio conſentire in expeditionem;ita vt alter pro altero contrahentium illud expedire poſſit:Tholom. Decan. Dec. 55. & conſtat ex dictis in Placentin. Decimarum. 31. Ianuarij, 1586. Coram D.Bubalo. §. 1.

Non obſtat, quod Compromiſſum fuerit nullum, cum expectaret Compromiſſum Conuentus,quod ſubſequutum non fuit;quia contrarium eſt verius. Nam ſubſequutum eſſe Compromiſſum,vel ex eo probatur, quod Conuentus, habita notitia , quod Procurator Congregationis proſequeretur cauſam compromiſſam coram Rege, miſit ad S.Maieſtatem F.Petrum de la Cueua, & F.Ioannem de Silua,qui tractarent,& informarent,ac cetera opportuna facerent pro expeditione cauſæ coram S. Maieſtate,vel eius Conſiliarijs; vt conſtat ex facto ſubſequuto,& ex atteſtatione ipſius Regis in ſuis Literis ad Conuentum,vt in Sum.nu.25. qui Fratres cum Procuratore Congregationis informarunt,& tractarunt,& Capitula,quibus negotium expediri poſſet, cum Procuratore præfato ſubſcripſerunt. Ex quibus certum eſt pro parte Conuentus quoque Compromiſſum factum fuiſſe;cum Compromiſſum neque ſcripturam, neque verba exigat:ſed etiam tacitè,ex ijs quæ coram Arbitro aguntur,reſultare poſſit ; vt per Ioan. Baptiſ. de arbitr. lib. 6. cap. 1. in fin. & alibi locis ſæpè per eum relatis. 2.

Nec Anchar.in conſ.28. nu. 2. verſ. ſed his non obſtat.& nu. 3. dum probat mandatum de obligando diuerſum eſſe ab obligatione,quicquam facit ; quia nos non ſumus in mandato ad compromittendum : ſed, vigore ordinis ſui Conuentus, comparuerunt dd.Fratres,informarunt, tractarunt modum componendi diſcordias , & ſubſcripſerunt Capitula,ex quibus S. Maieſtas informari poſſet ; Vnde ſatisſuperque conſtat per illos Conuentum compromittere voluiſſe , & cauſæ reſolutionem in Regijs manibus relinquere. 3.

Non mouet , quod non valeat Compromiſſum , cum ita ſit , vt certa ſententia 4.

 feratur:

feratur:l.qualem.ff.de arbitr.quia antequam Capitula, quibus negotium terminari poſſet,ad Conuentum tranſmitterentur, ſaltem tacitè Compromiſſum ſimpliciter factum fuerat:vt iam dictum eſt.

5. Non obſtat,quòd non valeat Laudum,latum etiam ab Imperatore, Parte non citata:ſecundum Iaſ.in l.certum.nu.16.C.vnde leg.Nam hoc procedit in Arbitro,qui tenetur ſeruare ordinem Iuris: & ita loquitur Gabr.de citat.concluſ.1.nu.44. in 4. ampliat.ſecus in Arbitratore.

6. Quæ opinio ſatis æqua videtur in Arbitratore aſſumpto etiam ſuper lite, vt extraiudicialiter ſe informet ad concordiam Partium,& per modum cuiuſdam tranſactionis:quando Arbitrator Partes ipſas informantes ſæpius audiuit:Alex.de Neu.in cap. quintauallis. nu. 86. & ſeq.extra de iu.iur.in quibus terminis verſamur,vt conſtat ex forma Compromiſſi,& modo procedendi ipſius Regis.

7. Præterea quod dicitur,Principem non poſſe citationem omittere, intelligendum eſt de citatione ad defenſionem, quæ eſt iuris naturalis; & in his terminis loquitur Iaſ.exaduerſo allegatus, non de citatione ad ſententiam, quæ eſt Iuris Ciuilis: dummodo quis ad defenſionem vocatus fuerit:Gabr. de citat. concluſ.1.nu.34.& 35.vel fuerit præſens,& auditus; ita vt non ſupereſſet niſi pronunciare: Vant. de nullit. tit. quib.mod.ſententiæ null.repar.poſſ.nu.107.tunc enim omiſſio citationis non vitiat, vt præfati tradunt.Confert etiam,quod Comes Palatinus omittere poteſt citationem, quando habet perfectam cognitionem omnium Iurium:vt per Gabr.d.concluſ. 1. nu. 50.verſ.& præterea.& quod Princeps ex cauſa citationem omittere poteſt,Aſin. in pract.d.§.7.c.5.limit.37.præſertim vbi conſtat,nullam defenſionem competere poſſe: Aim.d.conſ.5.limit.40.

8. Certum eſt autem in caſu,de quo agitur,Partes præſentes atque auditas fuiſſe; & nihil ſupereſſe,niſi cauſam ipſam terminare:cum Partes in Informatione,ac modo terminandi conuenerint,& Capitula ſubſcripſerint,& Rex earum Informationem ſequutus,nihil omnino addendo,vel minuendo,Laudum protulerit.

9. Quorum omnium notitiam Congregatio habuiſſe cenſetur: cum præſumatur certiorata a Procuratore,intercedente temporis interuallo ad certiorandum ſufficiente: Chiſan.Deciſ.121.incipien.Procuratore ex tempore.Aegid.Deciſ.551.in fin.Roman. conſ.481.nu.7.refert,& ſequitur Lancell.de attent.par.1.c.1. nu.87.Qua quidem notitia ſtante,ſtringit adhuc fortius hoc primum fundamentum:cum in ipſis Capitulationibus expreſsè dicatur,Capitula ſtatuenda eſſe cum beneplacito Sedis Apoſtolicę, & Bullam deſuper poſtulandam ad inſtantiam Regis: nam Conſtitutionis expeditio ſequuta fuit in effectuationem Capitulationum.

10. Et conſequenter his omnibus præſumatur conſenſiſſe:Chiſanen.d.Deciſ. 121. Vnde ſequitur quoque,quod Laudum ex defectu citationis impugnare nequeat; maximè concurrentibus temporis diuturnitate,& illius obſeruantia,de quibus infra.

11. Neque obſtat, quod Procurator non præſumatur certioraſſe Congregationem de ijs,quæ egit,excedendo fines mandati;quia non eſt verum in Facto,quod exceſſerit fines mandati:nam formare Capitula ad inſtructionem Regis,munus eius peculiare erat:vt ad hunc effectum formata fuiſſe indicant illa verba: *Ad concordandum differentias ſuper electione Generalis,vtraque Pars vniformiter cenſuit expedire media,quæ ſequuntur.* Vbi Capitulationes vtrinque recenſentur,vti media ad futuram Concordiam,& quaſi ad illam inducendam conducentia;& Regis arbitrio relinquuntur.

12. Sed data etiam,ſed non conceſſa,nullitate Laudi,& quod ſtante eius nullitate,Capitulationes,quibus conformis eſt Conſtitutio S.D.N.non habuiſſent effectum:non ideo minus ex his conſenſus præſumeretur in eius expeditione: quia ex actu etiam

inutili,

Digitized by Google

inutili,qui non habuerit effectum,colligitur conſenſus:Rot.diuerſ.Deciſ.713. nũ.8.p. 1.& hoc ſufficit,cum non agatur de exequutione Laudi,ſed de conſenſu in Conſtitutionis expeditionem.

Secundo probatur conſenſus per expeditionem ipſius Conſtitutionis,quæ ad Supplicationes Conuentus,& Congregationis emanaſſe dicitur: cum ad expeditionem impenſa non modica eſſet neceſſaria:Sarnen.de Annal.q.32.nu.6.& in gratia conceſſa Motu proprio Regi Hiſpaniarum,dictum fuit in nouis diuerſ.Deciſ.7.par. 3. lib.2. Put.Deciſ.27.nu.1.& 8.par.1. 13.

Non obſtat Marin.Frec.de ſubfeud.in materia aſſen.q.24.cum alijs exaduerſo alleg.quia procedit,quando ſola narratiua,ad probandum conſenſu,maſſertur: in quibus terminis Oldrad.conſ.136.col.2.& quidã alij contrarium tenuerunt; quorum pugnantiam paſſim conciliat Rota,habita ratione expenſarum; vt ſi nulla, vel modica requiratur expenſa,negatiua concluſio ſtatuatur:ſi magna,vt in caſu noſtro, Regula affirmatiua ſit ſtatuenda:vt per Rotam,& Sarnen.ſupra citat. vel ſi ſimpliciter Regulam negatiuam formare voluerimus; limitanda erit,quando cum narratiua alia concurrunt,veluti magna impenſa,vel ſubiecta materia:quod in idem recidit; & ita dicitur in Gerunden.anniuerſ.9.Februarij 1582.coram R.P.D.Seraphino Pat.Alex.exaduerſo allegata, quæ in effectu tenet ſolitam Rotæ diſtinctionem inter magnam,& modicam impenſam. 14.

Secunda Pars Probat eundem conſenſum ex ſuccedentibus.

TERTIO probatur conſenſus per effectuationem; Creſcen. Deciſ. 7. de probat.Mohed. Deciſ. 24. nu.2.& 3. de præben.in qua Deciſione videtur deciſus hic caſus a fortiori:ibi enim dicebatur facta erectio Archidiaconatus per Papam, ad fauorem Sanctij, ad inſtantiam Regis Caſtellæ, & Legionis, & Epiſcopi Palentini. Cumque obtinentes Dignitatem;quibus erectio præiudicabat,& ſic Tertij, qui non dicebantur ſupplicaſſe, darent de ſubreptione contra ſucceſſorem Sanctij, negando conſenſum Regium,& Epiſcopi: dixerunt omnes,erectionem non fuiſſe ſubreptitiam; idque probari,quia ex parte effectuata fuerat;& quia credendum erat narratiuæ:cum conſenſus Regius præſumeretur interueniſſe,vel per Literas exhibitas Papæ ab Oratore reſidente in Curia,vel per inſtructionem,vel mandatum eidem Oratori datum. Ex qua Deciſione conſtat,gratiam emanaſſe ad Supplicationem plurium,& dari de ſubreptione a Tertio contra ſucceſſorem eius,ad cuius fauorem emanauerat: eo quia non interueniſſet conſenſus Regis:& ob ſolam effectuationem concluſum fuiſſe,non eſſe ſubreptitiam: ſed conſtare de conſenſu. Idque aliter firmatum fuit in ſimili materia,vt per Put.Deciſ.368.nu.6.par.2.vbi electio Abbatis,facta iuxta formam declarationis,de qua in Bulla Supplicationis,probauit conſenſum Capituli:cum pro forma electionis ſupplicaſſe diceretur; vt multo magis idem dicendum ſit in caſu noſtro,in quo concurrit plena effectuatio, cum magna impenſa, & alijs pluribus; de quibus infra. §. 1.

Quarto, probatur conſenſus per ratificationes expreſſas,iuramento firmatas: Sarnen. de annal. quæſt. 32. num. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 183. num. 24. par. 1. Nam ratificatio operatur,perinde ac ſi fuiſſet ab initio mandatum: Rot. in Roman. releuationis indemnita. Ven. 10. Maij. 1596. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Arigonio. 2.

Quinto, ex lapſu longi temporis, non ſolum cum patientia Congregationis, quæ contradicere debebat,iuxta trad. per Maſcard. de probat. concluſ. 417. nu. 10. par. 3.

Digitized by Google

2.& Rota.Deciſ.diuerſ.196.nu.2.par.1.ſed etiam cum actibus poſitiuis,ex quibus ratificatio,non minus quam verbis,inducitur: Rot. in Cremonen. Pecun. 26. Ianuarij. 1587. coram Illuſtriſſimo Cardinali Platto, & conſenſus ſufficiens elicitur. Rot. diuerſ. Deciſ.396.nu.2.par.1. Lapſus enim longi temporis plurimum operatur ad conſenſum præſumendum: Maſcard. de probat. concluſ. 46. num. 2. concluſ.417.num. 5. par. 1.

4. Maxime cum iſti actus poſitiui per longa temporum interualla geminati fuerint, & cum iuramento:quæ oſtendunt enixam Congregationis voluntatem:l.Balliſta.cum alijs vulg.ad Trebell.

5. Et quia nullum ſequatur Congregationis damnum ex præſcripta eligendi forma, vel ex tot tantiſque teſtimonijs,de quibus in Sum.liquet:Rota diuerſ.Deciſ.624. nu. 24. par. 1.

6. Non obſtat, quod ratificationes, & actus poſitiui meticuloſi fuerint per interuentum tantorum Principum: Nam reſpondetur, quod vt metu Principis quid factum dicatur,plura requiruntur: videlicet,quod Princeps fecerit præceptum aliquod comminatorium,quod ſit ſolitus metum incutere,& minas exequi.Menoch.de præſumpt. lib.3.præſumpt.126.nu.13.Maſcard.de probat.concluſ.1117.nu.10.par.3.Quibus addendum eſt quartum,quod,ſcilicet,præceptum fuerit iniuſtum;nam ſi iuſtum eſſet,eius executio metum non inferret l. 3. §. etenim. ff. de eo quod met.cauſ. Quæ omnia hic ceſſant: cum Princeps nemini ſit ſolitus metum incutere; & pœnarum comminationem Conuentus,& Congregatio ipſi ſibi poſtulauerint,vt in Capitulationibus,habetur,iudicantes ita pro eorum quiete expedire,& nulla comminationis ſit iniuſtitia.

7. Minus obſtat, quod iuſſus Iudicis excludit conſenſum; vt per Rot. in nou. diuerſ. Deciſ. 31. in fin. par.1. quia iuſſus præcedens voluntatem Partium excludit liberum conſenſum: ſi tamen iuſtus eſt metus, non inducit purgandum: d.l.3.§.etenim.de eo quod met.cauſ.Rot.in Foroliuien.Cenſus.3.Iulij.1589. coram Orano: At vbi præceptum emanat in ſupplicantes, & petentes, vt hic,non excludit conſenſum omninò ſpontaneum;quia neceſſitas,quæ a propria voluntate originem habet,non eſt neceſſitas:l.ſi mulier.§.fin.ff.de eo quod met.cauſ.

8. Lapſus præterea tanti temporis cum tot approbationibus iuratis,& actibus poſitiuis excludit præſumptionem metus,& fraudis.Burſat.conſ.330.nu.69.Rot.diuerſ.Deciſ.552.nu.1.par.1.

9. Nec clauſulæ Conſtitutionis excuſant: cum oris aperitio peti poſſet. Put. Deciſ. 377.in fin.lib.3. Quare,&c.

Io. Baptiſta Sorcius Aduocatus.

II. IV-

II. IVRIS.

Prima Pars

Probat conſenſum ex antecedentibus, & ſubſequentibus actibus.

R.de Pater. VIDETVR conſtare de conſenſu ipſius Congregationis. Nā cum Papa in Cōſtitutione, de qua agitur, atteſtetur ſibi fuiſſe pro parte ipſius Congregationis ſupplicatum, illius atteſtationi videtur ſtandum: iuxta text. in Clem. literis. de probat. & trad. DD. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcript. Et hanc opinionem pluries amplexa fuit Rota, & præſertim in cauſa Legioneñ. Iuriſdictionis de Saldagna 13. Aprilis. 1587. coram Illuſtriſſimo D. meo Blāchetto: & in eadem 23. Iunij. 1589. coram Illuſtriſſimo D. Platto, vt in Sum. Deciſ. infra num. 1. & in cauſa Virduneñ. electionis. 15. Nouembris. 1593. coram R. P. D. meo Decano: vt in d. Sum. num. 2. & in alijs pluribus. Et hæc opinio videtur ſine difficultate admittenda in hoc caſu: in quo non ſolum plura concurrunt id ſuadentia, verum etiam ex pluribus præcedentibus, & ſubſequentibus actibus poſitiuis clarè oſtenditur, & probatur Congregationis cōſenſus: iuxta Dec. Caſſad. 3. de reſcrip. Rot. diuerſ. Dec. 396. n. 4. par. 1. §. I

Nam Conſtitutionem præcedunt pro parte Congregationis Compromiſſum adeò liberè ab ipſa Congregatione factum in Regis Perſonam: necnon ampliſſimum mandatum in perſonam F. H. de Gante ad cauſam compromiſſam, & ad informandum Regem ſuper illa: cum effectu ſubſecuto Informationis Regi datæ ab ipſo F. Hieronymo: cum eius interuentu, opera ſcribēdi, & ſubſcriptione Capitulorū. Nec nos elicimus conſenſum Congregationis ex ſubſcriptione, & acceptatione Capitulorum facta ab ipſo F. Hieronymo: quem Pars aduerſa dicit ad id non habuiſſe ſufficiens mandatum: ſed ex ipſo Compromiſſo, & mandato dato ad cauſam compromiſſam, & ad informandum Regem, cum Informatione, & alijs actibus factis à Procuratore in vim mandati: cum factum Procuratoris dicatur factum Partis. 2.

Nec obſtat, dum exaduerſo dicitur, huiuſmodi Compromiſſum non habuiſſe effectum: quia hodie conſtat de contrario ex Laudo ab ipſo Rege tranſmiſſo: in quo eſt de verbo ad verbum inſertum Inſtrumentum mandati pro parte Monaſterii trāſmiſſi ad acceptandum quicquid Rex faceret, vel Laudaret. Vltra quod, vt optimè deducitur in Facto, de hoc animo, & conſenſu pro parte Monaſterij ante Laudum, ſatis conſtat ex Litera Regi tranſmiſſa, & in Actis producta: & ex directione Nūciorum ad Regem, ad ageñ. cum illo, & eum informandum pro hoc negotio: ſicut idem Rex atteſtatur in ſuis Literis ad Conuentum, etiam in Actis productis. 3.

Imò cum prædicta fuerint à Cōgregatione facta ſub beneplacito S. Sedis Apoſtolicæ, ex hac reſeruatione huius beneplaciti oritur præſumptio, Conſtitutionem poſtea expeditam fuiſſe de illius conſenſu, & de eius mandato impetratam: adeò vt ſit indiſtinctè ſtandum Papæ aſſertioni, quod ex illius parte fuit ſupplicatum: vt in ſimilibus terminis fuit dictum in d. Legioneñ. Iuriſdictionis de Saldagna. 4

Concurrente præſertim præſumptione Iuris, qua Congregatio præſumitur certiorata à ſuo Procuratore, maximè cum fuerint factæ quatuor copiæ Capitulorum ipſius Laudi ferendi; quarum vna fuit data ipſi F. Hier. Procuratori Congregationis: quorū ſcientiam ipſam Congregationem ſatis habuiſſe probatur ex d. Iuris præſumptione, iuxta conſ. Rom. 481. n. 2. Caputaq. Dec. 110. n. 2. par. 3. Put. Dec. 100. in fin. lib. 2. 5.

Digitized by Google

6. Vnde cum d.Congregatio ſciuerit deliberationem, &d. F.Hieronymum illius nomine ita tractaſſe, & terminaſſe negotium ſibi commiſſum: & iuxtà eamdem determinationem nomine Congregationis inſtare pro Laudo Regio: & non contradixerit: conſenſiſſe,& omnia per ipſum F.Hieronymum geſta approbaſſe,cenſetur. Inn. in c. ex parte Decani. num. 2.de reſcript. Ruin.conſ. 161.num.3.lib.4.Rot.diuerſ.Deciſ. 496.num.2.par. 1.

7. Ipſam verò Conſtitutionem ſubſequitur obſeruantia;ex qua ceſſat omnis difficultas. Nam data obſeruantia indiſtinctè procedit opinio ſupradicta,quod gratia præſumatur impetrata ab eo,vel de eius mandato,ex cuius parte Papa dicit,in gratia ſibi fuiſſe ſupplicatũ:vt fuit reſolutũ in cauſaSalamãtiñ.Iuriſdictionis.17.Maii.1577.corã R.P.D.meo Seraphino Patr.Alex.vt in Sum.Deciſ.infr.n.3.& in cauſa Legion.Iuriſdictionis.corã codẽ 11.Maij 1580.vt in d.Sum.n.4.& in d.Virdunẽ.electionis.15. Nouẽbris 1593.corã R.P.D.meo Decano,vt in d.ſum.n.2.Pręſertim cum præter ſimplicem obſeruantiam fuerit etiam Conſtitutio expreſsè ab ipſa Congregatione acceptata.

8. Nec dicatur huiuſmodi obſeruantiã.&huiuſmodi acceptationes fuiſſe factas metu: quia cum nulla adducatur cauſa metus, præter cenſuras,& pœnas in ipſa Conſtitutione comminatas,debebat Congregatio proteſtari:iuxta opinionem,quam ſeruat Rota: vt eſt Deciſ.196. num.3.par.1. diuerſ. & fuit dictum in cauſa Recanateñ. tranſactionis.28.Mai.1593.coram Gipſio:vbi fuit dictum,ſolutionem non præſumi factam metu mandati, ex eo quod mandatum fuerat relaxatum, niſi in actu ſolutionis ſoluens proteſtetur, ſe ſoluere metu mandati. Maximè cum in facienda proteſtatione,nulla poſſit allegari cauſa timoris,vel metus,cum illa fieri poſſit ſecreto,tantum ad declarationem animi.

9. Quod eo magis eſt admittendum in hoc caſu, in quo hæc Pars non adducit ſolam obſeruantiam pro conſenſu:ſed tantum allegat ſimplicem obſeruantiam ad effectum, vt ex illa reſultet præſumptio pro atteſtatione Papæ, quod ſibi fuit à Congregatione ſupplicatum. Aliàs enim cum in omnibus Conſtitutionibus Apoſtolicis apponantur cenſuræ,& pœnæ contrauenientibus,nunquam poſſet procedere d.concluſio,nec vnquam daretur obſeruantia Conſtitutionis pœnalis:ſed ſemper poſt diuturnam obſeruantiam,Conſtitutiones dicerentur, metu obſeruatæ. Vnde dato etiam,ſed non conceſſo,quòd ad effectum conſenſus, & acceptationis non fuiſſet neceſſaria proteſtatio, erat tamen omnino neceſſaria ad excludendam obſeruantiam.

10. Et demum ſupplicamus conſiderari ſtatum huius negotij ante hanc vltimam Conſtitutionem:Nam tunc Monaſterium reperiebatur in poſſeſſione vigore Bullæ fęl. rec. Pij V. electionis alternatis triennijs non ſolum paſſiuæ,ſed etiam actiuæ: quam vigore huius vltimæ Conſtitutionis amiſit,retenta tantum paſſiua alternatis triennijs; adeò vt materia ipſa, quæ eſt fauorabilis Congregationi,& præiudicialis Monaſterio, ſuadeat Conſtitutionem fuiſſe ab illa impetratam.

Secunda Pars reſpondet oppoſitionibus aduerſis.

§.1. Ex ipſa vero ſerie Facti,quę pro hac Parte nõ gratis adducitur,ſed ex Actis probatur,videtur tolli omnia,quę exaduerſo adducũtur.Nam licet Curia Rom, nõ recipiat indiſtinctè opinionẽ Oldrad.in conſ.136.n. 5. quod gratia cẽſeatur impetrata ab eo,cuius nomine cãtat.niſi concurrentibus adminiculis,vel ſubiecta materia contrarium ſuadeat:iuxta Deciſionem factam in illa Gerundeñ. Anniuerſariorum.coram R.P.D.Seraphino Patr. Alex.aliàs exaduerſo datã;verum in hoc caſu multa concurrunt

Digitized by Google

runt,quæ vt ſupra fuit deductum, & probant conſenſum, & operantur, vt omninò ſit ſtandum opinioni Oldrad.

Primo enim concurrit ſubiecta materia:nam potiſſimum in hac materia adminicu- um,Deciſiones.& auctoritates exaduerſo allegatæ conſiderant materiam.Nam quando materia eſt fauoribilis illi,qui nititur gratiæ, & præiudicialis ei, cuius nomine cantat, poteſt facile præſumi, gratiam fuiſſe impetratam,ſuppoſito falſo nomine alterius Partis:& ita dicit Deciſio in d.Gerundeñ.& ſic procedit Sarn. qui loquitur de eo, qui alteri obijcit,illum impetraſſe beneficium viuentis, & ſic delictum commiſiſſe, ex eo quòd impetratio eſt ſub illius nomine:& alij omnes exaduerſo allegati,qui in hac materia requirunt adminicula. 2.

At in hoc caſu materia non ſolum non eſt indifferens, quod ſufficeret ad hoc vt ſit ſtandum opinioni Oldrad.& aliorum grauiſs. DD. dicentium,gratiam in dubio præſumi impetratam ab eo,ſub cuius nomine cantat:ſed etiam eſt fauorabilis Congregationi,& præiudicialis Monaſterio. Ad quod cognoſcẽdum ſupplicamus reminiſci ſtatum anteriorem huius negotij.Nam cum antea Monaſterium reperiretur vigore Bullæ Pij V.in quaſi poſſeſſione electionis actiuæ,& paſſiuæ alternatis triennijs,hac Conſtitutione,de qua agitur,fuit priuatum electione actiua,reſeruata ſibi tantum electione paſſiua eodem modo alternatis triennijs: vt dixi. 3.

Secundo concurrunt actus ipſam Cõſtitutionem præcedentes: videlicet,Compromiſſum,& mandatum Congregationis ſub reſeruatione beneplaciti Sedis Apoſtolicę, cum effectu inde ſecuto, & Laudo Regis ſub eadem reſeruatione lato: nam quando ipſam gratiam, vel Conſtitutionem præcedunt actus Partium facti ſub hac reſeruatione, vel ſub ſimili mentione Sedis Apoſtolicæ,confirmatio, vel gratia poſtea ſecuta præſumitur ab iiſdem Partibus,& de illarum conſenſu,vel mandato impetrata,prout gratia cantat:& ita loquuntur, & procedunt Deciſiones in illa Legioneñ. Iuriſdictionis de Saldagna,coram Illuſtriſs.DD.Blanchetto,& Platto alias allegatæ. 4.

Nec obſtant, quæ exaduerſo deducuntur contra Compromiſſum: nam quæ deducuntur contra effectuationem,iam dictũ eſt,ceſſaſſe hodie ex productione ipſius Laudi à Rege tranſmiſſi. Quod vero dicitur ex Compromiſſo potius apparere diſſenſum ipſius Congregationis, ex eo quòd Congregatio in ipſo Compromiſſo narrat ſe prætendere liberam Abbatis electionem,facilè tollitur:tum,quia verba Compromiſſi, vt optime in Facto deducitur,clarè loquuntur de electione actiua, quam Rex dedit ipſi Congregationi: tum etiam, quia in hoc non eſt attendenda prætenſio Congregationis,quę non debebat,nec poterat compromittere in Regem,vt Laudaret iuxta prętẽſionem ipſius Congregationis:ſed prout iuſtum Regi videretur. 5.

Tertio concurrit obſeruantia: quæ optimè in hoc caſu deſeruit ad duplicem effectum:quorum vnus eſt,probare acceptationẽ, & cõſenſum poſt ipſam Conſtitutionẽ: Nã cũ vſus obſeruatus in electionibus ſubſequutis nõ poſſit referri niſi ad ipsã Cõſtitutionẽ,ſatis fuit inducta ipſius acceptatio:Bal.in l.fin.§.neceſſitate.ſub num.20.C.de bon.quæ liber.& conſ.349.num.5.lib.1.Dec.conſ.463.num.19.Creſcent.Deciſ.54. Et in his terminis fuit deciſum in illa cauſa Virduneñ.electionis.15.Nouemb.1593. coram R. P. D. meo Decano. 6.

Alter eſt, quod ex hac obſeruantia ſubſequuta, probatur conſenſus ipſam Conſtitutionem præcedens: nam data obſeruantia, indiſtinctè procedit opinio Oldrad. & præſumitur impetrata ab eo, vel de eius mandato, pro cuius parte in gratia dicitur ſupplicatum: & ita loquuntur Deciſiones factæ in illa Salamantiñ. Iuriſdictionis, & in illa Legion.Iuriſdictionis.corã R.P.D. meo Seraphino, alias pro hac Parte datæ. 7.

Non obſtant, quæ contra obſeruantiam deducuntur de metu: 1. quia ad hunc effectum

fectum,ſecundum opinionem,quam ſeruat Rota,erat omnino neceſſaria proteſtatio: vt ſupra deductum eſt.

9. Secundo,quia ſupplicamus aduerti, Dec.conſ. 219.num.1.cum ſeq.& Ruin.conſ. 121.num. 4. lib.4.& alios exaduerſo allegatos loqui in præcepto Principis, quando ſcilicet Princeps ſimpliciter iubet aliquid ſub pœna fieri; & tunc volunt etiam ad effectum metus concurrere,quòd Princeps ſit ſolitus ſæuire,& exequi,& alia de quibus per eos.Et ideo aut Pars aduerſa vult Cõſtitutionem de qua agitur eſſe meram Conſtitutionem, & præceptum Papæ, & tunc fruſtrà agitur de conſenſu Partiũ.qui non eſt neceſſarius in Conſtitutione Papæ: aut vult eſſe confirmationem & gratiam impetratam ad Partium Supplicationem: & tunc Doctores exaduerſo allegati non applicantur. Nam cum Papa non ſimpliciter iuberet Conſtitutionem obſeruari: ſed tantum cum prȩſuppoſito,quod ex parte ambarum Partium fuiſſet ſupplicatum,& in Laudum conſenſum, benè poterat dicere Congregatio abſque aliquarum pœnarum incurſu, prout hodie dicit, falſo fuiſſe Papæ ſuppoſitum illius conſenſum: & ideo ſicut ipſa diſpoſitio principalis, tamquam ſubreptitia & nulla,eos non afficiebat,ita etiam nec poterant eos afficere, ad effectum incurſus,pœnarum clauſulæ, & pœnarum appoſitiones acceſſoriæ. Dec.conſ.195.num.3.verſ.3.hoc omnino verum eſt.Pariſ.conſ.1.nu. 95.lib.1. Et conſequenter illæ non poterant metum afferre, vel ſaltem talem,qui caderet in prudentem, & conſtantem virum.

10. Tertio quia ceſſat omnis exaduerſo allegatus prætenſus metus, ex quo ſumus in iuſta Cõſtitutione Principis, facta ad bonum,& quietem publicam totius Congregationis,abſque vllo ipſius Principis intereſſe,vel commodo:ſiue Laudum ipſius Regis, ſiue Pontificis Conſtitutionem conſideremus;vt in fortioribus terminis, in præcepto Principis facto ſub pœna capitis,poſt alios,quos allegat,trad.Dec.conſ.42.in 3.dub. ſub num.5.& ſequeñ.

11. Quæ magis ſunt admittenda,cum Congregatio non ſolum in primo Capitulo acceptauerit Conſtitutionem,in quo dicit ſe non potuiſſe de illa conqueri, ob præſentiam Epiſcopi Salamantini Executoris: ſed etiam in ſecundo, & tertio, in quibus aderant ſoli Monachi Capitulares,& abſque aliqua contradictione,vel recurſu interim habito ad Sanctiſſimum,liberè illam acceptarint, & obſeruare iurarint.

12. Monaſterium autem Valliſolitañ. hodie non agit ad executionem Laudi: nec illud ad effectum executionis producit:ſed tantum per modum exceptionis contra Partem aduerſam, dicentem, non conſtare de Congregationis conſenſu, allegat & adducit. Vnde nõ tenetur Compromiſſum,citationes,& alia Acta tranſportare:ſed ſolum Laudum,abſque alia iuſtificatione,releuat. Rot.diuerſ.Deciſ.143.nu.6.par.2.Deciſ.595. num. 5.lib.3.par.3.& fuit pluries deciſum.

13. Præſertim cum huiuſmodi Compromiſſum, & Laudum adducantur ad probãdum conſenſum,& voluntatẽ ipſius Congregationis,quæ benè ex dd.actibus,ipſam Conſtitutionem præcedentibus,probatur; cum etiam ex actibus nullis eliciatur, & probetur conſenſus.Rot.Deciſ.713.num.8.par.3.diuerſ.& declaretur animus & voluntas: l.fin.& ibi Bal.& alij ff.de reb.eor.l.ſi transferam.& l.legatum ſub condititione.§.fin. ff.de adim. leg. Pariſ. conſ. 7.num. 27. vol.3. Surd.Deciſ.152.num.18.& conſ.291. num.15.lib.2.

14. Imò cum ad probandum huiuſmodi conſenſum adſit ipſa Conſtitutio, cum Papæ atteſtatione,quod ſibi fuit pro parte Congregationis ſupplicatum,remanet vt Compromiſſum,Laudum,& omnia alia adducantur tantum pro adminiculo, adhuc ſtando opinioni Oldrad. ad quem effectum ſufficeret ſolum Compromiſſum factum ſub reſer. bene placiti Sedis Apoſtolicæ,ex ſupra allegat.

Et ex

Digitized by Google

[illegible] omnia, quæ contra Laudum exaduerſo adducuntur: vltra quod [illegible] in Facto. 15.

[illegible] non poteſt negari: nam eo ipſo quòd fuit effectuata Conſtitutio, [illegible] Laudum. Et miratur hæc Pars quomodo exaduerſo negetur notitia Laudi: cum Rex vna cum Conſtitutione tranſmiſerit ipſum Laudum: cuius originale remanſit penes Congregationem, dimiſſa tantum ſimplici copia penes Monaſterium. Et ſupplicamus aduerti: quòd cum Compromiſſum, Laudum, & alij actus ipſam Conſtitutionem præcedentes adducantur pro adminiculo ad præſumptionem, quod gratia ſubſequens præſumatur impetrata ab eo, cuius nomine cantat: ſufficit hos actus præcedere; nec eſt [illegible] illorum effectuatione agendum; maximè cum fuerit effectuata Conſtitutio. 16.

Diſtinctio per D. meum exaduerſo ſcribentem allata ad ea, quæ pro hac Parte adducebantur de præſumpta certioratione Domini à Procuratore, non videtur probari ex Creſcen. Deciſ. 5. de præſumpt. exaduerſo alleg. qui tantum dicit, dictam præſumptionem non intrare ad effectum, vt Dominus incidat in pœnam: at in hoc caſu non ſolum non agitur de pœna, verumetiam nec materia eſt indifferens: ſed vt iam deduxi, & ex anteriori ſtatu conſtat, materia eſt fauorabilis Congregationi, & præiudicialis Monaſterio. Nec videtur applicari: quia, vt fuit deductum, hæc Pars non ſe fundat in d. mandato ad hoc vt Capitulis ſit ſtandum in vim Concordiæ, in quo Pars aduerſa dicit F. Hieronymum exceſſiſſe mandatum: & nec Partes, nec ipſe Rex illa vnquam habuerunt pro Concordia: nec in hoc aliquod fecerũt fundamentum in d. Laudo: ſed tantum dd. Capitula deſeruiunt pro Informatione Regis. Vnde cum Procurator ad hoc, & totam cauſam haberet mandatum, benè intrat præſumptio, quòd certiorauerit Principales, qualiter Rex intendebat Laudare iuxta illa Capitula, & poſtea qualiter Laudauerat: quod ſolum ſufficeret ad conuincendam notitiam, & acceptationem Laudi: vt in his terminis benè facit Abb. conſ. 18. in. 5. col. ſub num. 7. verſ. tertio dixi. par. 2. qui licet conetur probare in ſuo caſu Cõpromiſſum, vt Dominus exaduerſo ſcribens reſpondet, tamen etiam illud in caſu noſtro adeſt: & hanc conſiderationem Abb. eſſe optimam dicit. Quare, &c. 17.

Io. Baptiſta Zazzara Aduocatus.

Digitized by Google

III. IVRIS.

Prima Pars

Probat conſenſum Congregationis à ſubſequentibus actibus.

§. 1 R. de Pater. CONSTAT concludentiſſimè de conſenſu Congregationis ad effectum, de quo agitur: primo & principaliter; quia d. Cōgregatio nō ſolum in primo Capitulo generali acceptauit, & iurauit Bullam Sanctiſſimi: ſed etiam in illo, & in alijs duobus ſubſequentibus illam quietè, & pacificè obſeruauit: & etiam ad ſui fauorem illa vſa eſt: & ſic habemus non ſolum conſenſum expreſſum verbis: ſed etiam ex actibus poſitiuis pluries reiteratis; ex quibus magis colligitur conſenſus, quàm ex verbis: c. dilecti, il 2. & ibi Franc. in 1. not. de appellat. Dec. in c. ſuper. col. fin. de offic. deleg. Rot. Deciſ. 13. de conceſſ. præben. in nou.

2. Neque obſtat aſſerta proteſtatio, vis, & metus: tum quia non probatur per ſolam atteſtationem illius aſſerti Secretarij: cum fides non faciat fidem. Rot. Deciſ. 780. nu. 9. par. 1. diuerſ. & dicto vnius tantum teſtis, maximè extraiudicialiter deponentis, non ſit credendum l. 3. §. idem Diuus, ff. de teſt. Iaſ. in repet. l. admonēdi. num. 183. & ſeq. ff. de iur. iur. nec etiam Notario creditur, quando atteſtatur de præteritis, etiam ab ipſomet rogatis. Alex. in add. ad Bart. in l. Domitius in princ. ff. de teſtam. Bald. in l. vlt. num. 18. C. de fideic. Cur. Iun. conſ. 166. num. 2. & ſequen.

3. Tum quia ceſſat omnis ſuſpicio metus ex actibus ſubſequentibus pacificè, & abſq; vlla proteſtatione factis: nempè quia in duobus Capitulis generalibus ſubſequentibus fuit obſeruata d. Bulla. l. 1. & ibi Bal. & omnes. C. de his, quæ vi met. ve cauſ. geſta ſunt. Dec. in l. in omnibus cauſis. la 2. num. 14. de reg. Iur. Pariſ. conſ. 66. num. 12. & ſequen. lib. 4.

4. Si enim Aduerſarij noluiſſent acquieſcere d. Bullæ, facile illis fuiſſet, ſaltem poſt primum Capitulum generale, recurrere ad S. D. N. prout nunc recurrunt, pro illius moderatione: Vnde cum hoc non fecerint, ſed Bullam ſemper pacificè obſeruauerint cenſentur id ſpontaneè feciſſe.

5. Minus poſſunt allegare huiuſmodi metum proceſſiſſe ex Perſona Regis tunc viuētis: quia ſicuti non timuerunt ad illum recurrere de Anno 1589. contra tranſactionem olim factam auctoritate eiuſdem Regis de Anno 1565. ita nullam poſſunt allegare cauſam releuantem, cur etiam nunc ad illum non recurrerint. Quinimò etiamſi adeſſet proteſtatio, tamen ipſa ſola non ſufficeret ad probandū metum: ſed deberet aliunde iuſtificari: cum proteſtatio ſolum coadiuuet metus probationem, non autem illum probet: vt per Aim. conſ. 14. num. 6. & dixit Rot. 13. Nouembris 1595. In vna Romañ. legatorum. coram Orano.

6. Sola autem auctoritas Principis non ſufficit ad inducendum iuſtum metum, niſi præceſſerint minæ, & Princeps ſit ſolitus ſæuire contra inobedientes: vt per Dec. in d. l. in omnibus cauſis. la 2. ſub num. 4. verſ. contrarium tenet gloſ. & c. de reg. Iur.

7. Vltra quod ceſſat regulariter ſuſpicio metus, quando actus non eſt læſiuus: vt per Menoch. de arbitr. Caſ. 136. num. 8. & 9. Et ideò non poteſt præſumi metus Congregationis in iſto actu, qui nedum non fuit ſibi læſiuus, ſed potius valde vtilis, & proficuus: cum in illo fuerit ſibi conceſſa electio actiua Abbatis Generalis omnino libera, & electio paſſiua alternatim cum Conuentu, quam ante Annum 1565. nullo modo habuerat, ſed quandam ſolum nominationem, & hoc ab Anno 1550. tantum: vt in alia noſtra Informatione in Facto, & in Iure pleniſſimè oſtenſum fuit.

Se-

Digitized by Google

Probat eundem conſenſum ex antecedentibus.

SEcundo idem conſenſus colligitur ex quamplurimis actibus antecedentibus; nempè ex Compromiſſo facto à Congregatione in Regem, ex ſcriptione, & ſubſcriptione Capitulorum facta manu propria Procuratoris Congregationis, & ex Laudo lato à Rege, abſque eo quod Congregatio aliquomodo reclamauerit: ex quo videtur d. Laudum acceptaſſe, & approbaſſe: l. ab eo. C. quom. & quand. iud. & ibi Caſtren. in Summ. & in 4. not. Rolan. conſ. 52. num. 23. lib. 4. §. 1

Nec poteſt Congregatio prætendere illius ignorantiam: tum quia ſatis eſt quòd Procurator illud ſciuerit, & illi acquieuerit: quia in hoc potuit Congregationi præiudicare: ad Deciſ. Aegid. 694. in princ. & col. 5. verſ. dixi quæ Domino expedirent, &c. & traditur per Doct. in c. 1. vt lit. non conteſt. Boich. in c. ex parte. num. 42. de confeſſ. licet enim ab huiuſmodi Laudo non daretur appellatio, nec propter excellentiam Arbitri poſſet peti reductio ad arbitrium boni viri, potuiſſet tamen Aduerſarius eidem Regi vel Papæ illud ſupplicare: vt per Marant. de ordin. iudic. par. 6. c. penult. num. 12. verſ. ſupplicatio dicitur, &c. quod cum Procurator non fecerit, cenſetur illi acquieuiſſe: vt dixi. 2.

Tum quia ſcientia Congregationis de Iure præſumitur; cum ad d. Laudum obtinendum deſtinauerit Procuratores ſpeciales: & ideo præſumitur, quod ab illis de eius prolatione certiorata fuerit: Roman. conſ. 481. num. 7. & 8. Gabr. de reg. iur. concl. 5. num. 33. Rot. Deciſ. 396. num. 3. par. 1. diuerſ. 3.

Et in indiuiduo de iſta præſumpta ſcientia Laudi, & illius tacita emologatione, videatur, obſecro, Abb. conſ. 18. col. 2. in fin. ſub num. 4 verſ. item & ſecundo, &c. & nu. 5. lib. 2. Aim. conſ. 40. num. 3. Gabr. d. concluſ. 5. nu. 56. 4.

Tum denique, quia non poteſt negari talis ſcientia Congregationis: cum poſtea ipſamet viderit d. Laudum confirmatum à Papa: & tamen adhuc contra illud non ſupplicauerit: nec quoquomodo reclamauerit: vt dixi. 5.

Minus obſtat: quod Cõpromiſſum pro eorũ parte fuerit factum cum præſuppoſito, quod etiam ex parte Conuentus fieret idem Compromiſſum: quia etiam ex parte Cõuentus ſuperuenit poſtea ratificatio d. Compromiſſi in Regem, ſub die 8. Maij, & 13. Iulij: & Laudum fuit poſtea latum de menſe Septembris ſubſequentis: vt latius in Informatione Facti: ſufficit enim quocumque tempore ſuperueniat ratificatio, vel mandatum: Specul. de procur. §. ratione igitur. ſub nu. 18. verſ. ſed quid, ſi receptum, &c. Alex. conſ. 78. num. 12. lib. 5. Aim. conſ. 108. in princip. 6.

Vltra quod ſatis eſt, quod iſta, vel alia quacunque exceptione non obſtante, Congregatio non contradixerit: ſed illi acquieuerit: per d. l. ab eo. C. quom. & quando iud. cum alijs ſupracitatis. Quare, &c. 7.

Io. Baptiſta Spada Aduocatus.

Digitized by Google

I I I I. I V R I S.

§.1 R. de Pater. AFFIRMATIVE videtur reſoluendum.conſtare de d. conſenſu Congregationis,præmittendo: quod de natura cõſenſus eſt, vt in ipſo actu interueniat: vel ſubſequatur:c.quod ſicut.de elect. Rebuf. in l.ſæpe.§. item dubium eſt. verſ. conſenſus autem. ff. de verb. ſign. Zab.conſ.62.nu.1.Alexan. conſ.219.num.16.lib.6.& quod ſufficit vndecunque collectus. Rot. deciſ.396.nu.7.

2. Modo conſenſus probatur 1.ex d. Supplicatione facta Papæ nomine Congregationis:cum petitio ſeu Supplicatio non poſſit ſeiungi à conſenſu.Soc.Sen.conſ.291.n. 12. verſ. 13. principaliter: & num. 13. lib.2. & talis Supplicatio non poteſt in dubium reuocari,ſtante ſuper hoc aſſertione Papæ:Clem. literis.de probat. cum potuerit conſtare. Papæ,vel per literas, vel aliter, quod vere fuerit ei ſupplicandum nomine Congregationis;iuxta Deciſion.Mohed.24. de præbeñ.

3. Neq;obſtat: quod d.Deciſio non obſeruetur:quia contrariũ eſt verius; & clare probatur ex Deciſ.facta in vna Legioneñ.Iuriſdict.23.Iunij.1589.coram Illuſtriſs.Plato cuius copia datur in Summ. Deciſ.infra.n.1. vbi Rota firmauit,non obſtare defectum mãdati,quod producebatur informe,ſtãte aſſertione Papæ, quod ſibi fuerat ab ijs,qui mandatum dederant,ſupplicatum: cum eſſet præſumendum,quod Papa fuiſſet exhibi tum mandatum ſufficiens.

4. Non obſtat etiã,quod Rota non ſequatur cõſil. Oldrad.ſine adminiculis;quia hoc eſt verum in materia,quæ ſit contradicenti præiudicialis: & ita procedunt exaduerſo allegata:quod ſecus eſt, vbi materia non ſit præiudicialis, & indifferens: & ita declarat Sarn. in reg.de imp. benef.viuen.q.5. & de annali.q. 32.num. 6.& de trien.q. 38. num. 2. & ideo in reſignatione conditionali videmus, quod Supplicatio præſumitur de cõſenſu vtriuſque Partis.Mohed.Deciſ.63.& eſt regula generalis,quod actus pręſumitur ad inſtantiam eius, cuius negotium tangit: dummodo non agatur de graui eiuſdem præiudicio:vt per Dec.in c.1.de Iudic.vbi Dec.num.27.vſque ad 33.

5. In caſu autem noſtro ceſſat præiudicium Congregationis: præſertim habita ratione præcedentis obſeruantiæ: ſecundum quam electio tam actiua, quam paſſiua erat penes Monaſterium: & multo magis propter Perſonarum qualitatem: attento quod Monachi orationib.vacare,& inter ipſos humilitate contendere debent: iuxta gloſ.in Clem.1.in verb.humilitatis. de relig. dom.

6. Secundo probatur d.conſenſus: Congregationis,ſi quidem ipſa à principio controuerſiam indifferentis electionis,tam actiuæ,quam paſſiuę compromiſit in Regem:cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici:Vnde ſuccedit Regula,Quod ſemel placuit.& eo magis, quia non conſtat de mutatione voluntatis d. Congregationis ante confirmationem Laudi Regij: & voluntas in dubio continuata præſumitur. c. maiores.de Baptiſmo.

7. Imo in noſtro caſu conſtat de continuatione voluntatis,quod controuerſia iſta terminaretur per Laudum Regis,accedente Sedis Apoſtolicę confirmatione:quia Congregatio conſtituit Procuratorem ad informandum ſuper iſto negotio; quod fuit mature diſcuſſum cum terminatione Capitulorum: quorum copia eidem Procuratori data fuit: & tandem poſt longum tempus,iuxta tenorem Capitulorum,fuit Laudum promulgatum;in quo conſenſus Congregationis præſumitur,quæ potuit à ſuo Procuratore de omnib.certiorari,iuxta conſ.Roman. 481.nu.7.à Rota canonizatum: & vt in terminis tradit Sarn.de trien.q.38.ſub num.2.

8. Tertio probatur ex ratificatione pręfati Laudi, ac illius confirmationis Apoſtolicę,

de qua

Digitized by Google

de qua ratificatione conſtat,quia adeſt triplex Cōgregationis promiſſio de acceptan. & obſeruañ. Conſtitutione Sanctiſs. quæ eſt eadem cum præfato Laudo:quo caſu nō poteſt dubitari de eius conſenſu:vt in ſpecie tradit Verald.Deciſ.216.part.1. & quod eſt plus,adeſt & effectualis eius obſeruantia in tribus Capitulis generalibus : nam per actus poſitiuos huiuſmodi dicitur dd.Lit.admittēdo,approbaſſe:Verald.vbi ſup. n.2.

Neque ob:quod dicitur de metu:quia vis, & metus non præſumitur à Principe,neque Papa illatus,etiam in negotio particulari eoſdem Principes tangeñ. vt fuit reſolutum in Rom.Caſalis de Longhezza.25.Mai.1593.corā R.P.D.meo Seraphino Patriarch. Alex. & ideo multo minus potuit præſumi in caſu noſtro, in quo Rex primo, deinde Papa in facto alieno, ſine aliqua ipſorum vtilitate proceſſerunt:veluti iuſtitiā, & quietem inſequentes : non autem animo vim inferendi: vt bene per Dec. conſ.42. ſub. num. 6. verſ. ſed his non obſtantibus. cum alijs per Rolan. conſ. 83. num. 17.& ſeq.volum. 2. 8.

Minuſque poteſt exaduerſo vis fieri ſuper cenſurarum metu: tum quia ex triplicata obſeruātia tollitur d.metus:ad.l.Baliſta. ff.ad Trebelliañ.tum ſecundo,quia in actu obedientiæ nulla emanauit proteſtatio, quod fieret metu cenſurarum; prout erat neceſſe: Verald. Deciſ.330. 331.num.3.par.2.tum tertio, quia Executores poſſe Monachos cogere ſub cenſuris, & pœnis,intelligebatur : quatenus preces veritate niterentur:& non corruerent ex defectu intentionis:vt per Rolan.vbi ſupra:& vltimo, vt metus præſumatur ex præcepto Superioris,plura requiruntur ; & inter alia, quod præceptum ſit iniuſtum:Roman.conſ.369.num.10.& quod ille etiam contra iuſtitiam ſcienter exequi ſolitus fuerit:Rolan.d conſ.83.num.45.& ſequen. cum ſimilibus : quæ penitus ceſſant in caſu noſtro:ſiquidem, vt docuit obſeruātia,Congregatio potuiſſet impunè a principio,vel ſaltim poſt primum actum, antequam aduenirct tempus ſecūdæ electionis, reclamare; prout hodie facit. 9.

Quarto probatur, quia ſuperuenientibus in tertio Capitulo generali, poſt Conſtitutionis editionem, dubijs circa eius intellectum;fuit habitus recurſus ad Sanctiſs. & de eius ordine ad SacramCongregationem Regularium:& procurata fuit declaratio, & obtenta,& expedita per Breue eiuſdem Sanctiſs. vt habetur in Sum.n.34.35.& 36. hæc enim ratificatio tollit omnino allegatum defectū conſenſus:quia mandato æquiparatur: & facit, vt præſumatur conſenſus vſque ab initio impetrationis d. confirmationis,ſeu Conſtitutionis:Sarn.de annali.q.32.ſub num.6.verſ. vel quando. & fuit reſolutum in Meliten. Abbatię 27.Aprilis 1592.coram.bon.mem.Gipſio.Maximè ſtantibus tot electionibus,& actibus geminatis circa illius ratificationem:vt fuit conſiderAtum in d.Meliten. Abbatiæ. 10.

Quinto probatur: quia,vt præſupponitur in Facto,Congregatio ſoluit expenſas factas in expeditione d.Bullæ: per quod præſumitur, & mandatum, & conſenſus ipſius Congregationis:Rot. Deciſ. 396.num. 2. 11.

Sexto & vltimo probatur ex ijs omnibus,quæ benè deduūtur in Facto circaLaudū. 12.

Quibus non obſtat:quod dicitur Laudum fuiſſe nullum : tum propter ea, quæ benè reſpondentur in Facto: tum etiam quia dato adhuc, & non conceſſo, quod Laudum fuiſſet nullum : etiam ex actu nullo colligitur voluntas, & conſequenter conſenſus. l.fundum.§.fin.de fund. inſtru. l. legatum.§. fin. de adim.l.fin.ff.de rebus eorum. Rot.Deciſ.613.num. 7.Super quo tamen non eſt multum inſtandum; quia etiam ſine eo res ex ſupradictis videtur procedere de plano. Ex quibus, &c. 13.

Bernardinus Scottus Aduocatus.

Io. Beninus Aduocatus.

V. IVRIS.

Prima Pars

Probat Congregationis conſenſum ex actibus ſubſequentibus.

§. 1 R. de Pater. CONSTAT de conſenſu Congregationis ex ſequentibus. Nam 1. Sanctiſſimus in ſua Conſtitutione bis atteſtatur, ſibi pro parte Philippi Regis, & Conuetus, necnon Congregationis fuiſſe ſupplicatum: quatenus ſuper forma electionis Generalis Abbatis, &c. ſibi prouidere dignaretur: cui credendum eſt, tanquam atteſtanti de facto proprio: Clem. 1. de probat. & in terminis eſt Deciſ. 175. num. 4. par. 1. diuerſ. impreſſ. Imo hæc atteſtatio, iuxta inueteratum Rotæ ſtilum, plene probat conſenſum ſupplicatis: Creſcent. 2. num. 1. de renunc. Mohed. 14. num. 1. 2. & 3. de præben. Put. 368. num. 3. lib. 2. & fuit reſolutum in vna Salaman. Iuriſdiction. 17. Mai. 1577. coram R. P. D. Seraphino Patr. Alex. quæ eſt diuerſ. impreſſ. 171. num. 2. par. 1. vt in Sum. Deciſ. poſt omnes Informationes num. 3. & in vna Legionen. Iuriſdiction. 11. Maij. 1580. coram eodem: vt in d. Sum. nu. 4. & in alia Legionen. Iuriſdiction. 23. Iunij. 1589 coram Illuſtriſs. Plato. in d. Sum. num. 1. & in pluribus alijs locis.

2. Tum etiam, quia licet prædicta atteſtatio Papæ eſſet de facto alieno; tamen in hac narratiua concurrunt illa quatuor, de quib. Vital. in Clem. 1. num. 26.

3. Illa vero Gerunden. Anniuerſariorum. quæ adducitur exaduerſo, retorquetur: dum in ea dicitur, quod gratia cenſetur impetrata ab eo, cuius nomine cantat, concurrentibus alijs coniecturis: hic autem pro impetratione Bullæ ſunt plura de ordine & conſenſu Congregationis.

4. De quo ſecundo conſtat: quia vniuerſa Congregatio iurauit, & approbauit Conſtitutionem: & ſe ſubſcripſerunt omnes Patres in Capitulo intereſſentes. Illud enim iuramentum habet vim expreſſi conſenſus: Bald. in l. 1. num. 12. C. commod. Rolan. conſ. 93. num. 25. lib. 1. Crauet. 485. num. 2. quemadmodum & ſubſcriptio: ex l. ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ibi Doct. de verb. oblig. Verald. 360. num. 7. par. 2. Et illa ratificatio operatur, etiam ſi à principio mandatum non interueniſſet: reg. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. Mohed. 8. num. 1. de procur. Verald. 53. nu. 4. & 5. 1. par. diuerſ. 132. num. 23. par. 2.

5. Hæc igitur ratificatio, & obſeruãtia ſubſequuta facit præſumi conſenſum interueniſſe in impetratione: vt colligitur ex d. Deciſ. Gerundeñ. vbi ad præſumendũ huiuſmodi conſenſum, non fuit conſiderata obſeruantia: quia erat æquiuoca, & præcedebat impetrationem: quaſi aliter eſſet dicendum in obſeruantia vniformi, & ſubſequuta poſt impetrationem.

6. Vnde reſpondetur ad conſ. Geminian. 33. num. 5. verſ. eſt & alia falſitas. exaduerſo allegat. quia potius facit pro hac Parte; dum ait, quod debet ſtari aſſertioni Papæ, de Supplicatione ſibi facta: licet probari poſſit, quod ille, qui ſupplicauit, dixit mendacium: quia Pars contradicebat & tamẽ hic non conſtat de contradictione, ſed potius de communi conſenſu, & approbatione.

7. Probatur 3. d. cõſenſus ex effectu ſubſequuto: quia Congregatio in tribus Capitulis ſequentibus elegit Abbatem Generalem iuxta formam d. Conſtitutionis: vt in terminis tradit Put. d. Deciſ. 368. num. 5. verſ. 3. multum ponderatum fuit. cum num. ſequenti

quenti,lib.2.& R. P. D.Seraphini d.Deciſ.171.num.1.verſ.quantum ad.2.par.1.diuerſ. impreſ.in Sum. Deciſ. inf.num.3.

Non ob.quod illa approbatio Congregationis dicatur facta eſſe per vim,& metum Epiſcopi Salamantiñ.Prçſidentis in Capitulo,& metu pœnarum,de quibus in Conſtitutione,tum etiam per metum Regis:quia talis vis & metus Epiſcopi eſt inuerisimilis; cum non eſſet Perſona tam potens,quæ poſſet talem vim & metum inferre,vltra quod aſſeritur contra publica,& authentica Inſtrumenta,& cum atteſtatione illius Secretarij Congregationis facta biennio poſt; & ſic nihil probat, tanquam facta de eo, quod erat de præterito: Alex. conſ. 241.num. 8. verſ. quinimo etſi Notarius.lib.6.Crauet. 171. nu. 5. Afflict. Deciſ.317.num.4. Aegid.61.num.5.Cantuc. 285.num. 1.part.2. diuerſ.impreſſ. 8.

Et modus procedendi Epiſcopi fuit ſatis iuſtificatus; cum fuerit notificata Bulla Congregationi cum conceſſione vnius diei ad deliberandum de eius acceptatione; quo tempore medio,& abſente Parte potuit Congregatio proteſtari:iuxta doctrinam gloſ.in l.qui in aliena.§.fin.verſ.fallens.& ibi Caſtren.num.2.& 3.de acq.hęred.Natt. conſ.450.num. 22. Abb.77.num.16.Burſat.72. num. 45. quod nedum non fecit ante vel poſt; ſed etiam longo interuallo in duob.Capitulis ſequentibus approbauit d.Conſtitutionem:quæ approbatio ſequens purgauit metum præcedentem: quãdo talis metus interueniſſet: cum nulla tunc adeſſet cauſa metus: l. 2.C.quod met cauſ. Dec.in l. in omnib. num. 14. de reg. iur.Bald. conſ. 240. num. 1, lib.1.Pariſ.66.num.12.lib.4. Burſat.72.num.29. 9.

Quod vero ad Papam,& Regem attinet, non video quæ tanta vis & metus inferebatur ab his ſupremis Poteſtatibus,vt allegetur Dec.in l.in omnibus cauſſis.38. num. 4. de reg.iur. 10.

Nam quo ad pœnam priuationis ipſo facto vocis actiuæ & paſſiuæ,de qua in Bulla, cũ d.pœna eſſet iuſta,videlicet, ob cauſam quietis,& pacis,vt in proemio ipſius Bullę, talis metus erat iniuſtus:vt fuit dictũ in vna Mantuañ.carceratioñ.vltima Febr.1579. coram Illuſtriſſimo Blancheto; quæ eſt diuerſ. impreſſ. 341. in principio:vt in Summ. Deciſ. infra num. 5. & in excommunicatione tradit Rot. 32. de ſent.excom.in antiq. Roman.conſ.369.num.10.Mil.ver.iuſtus metus inducitur.Panorm.in c. cum dilectus. num.6.de ijs,quæ vi.Gig.de penſion.q.36.num.3. 11.

Et ratio eſt, quia ſi ſudditi nolũt ſeruare Conſtitutionem rationabilem, poſſunt compelli per Superiorem ad eam obſeruandam.c.de liguribus. 23.q.5. Archidiac.in c. in iſtis. §.leges. & ibi Præpoſit.num. 1.in fin. & ſeq.diſt.4.Afflict. Deciſ.151.nu.6. 12.

Igitur talis aſſertus metus fuit vanus, & inexcuſabilis; ſtante conſenſu Congregationis, quæ ſupplicauit Papæ, vt in præmiſſis ordinare dignaretur. Et ipſe repetens animo leuitatem,& inconſtantiam Congregationis, & inconuenientia,quæ hinc inde exorta fuerãt, ob frequentes mutationes, tandem edidit Conſtitutionem ſuper forma electionis:& tanquam prudens Legiſlator adiecit pœnam contra contumaces, & inobedientes;ad tex.in.l.Sanctio legum de pœn. Vnde tales pœnæ iuſtè inflictæ, non potuerunt iuſtum metum inducere. l. 1. §. 1. de eo quod met. cauſ. Caſtr. in l.qui in aliena.§.Celſus.num.6.de acq.hæred. Pariſ.latè conſ.5.num. 174. cum ſequen.lib.4. Alias multa abſurda ſequerẽtur:de quibus per Pariſ.vbi ſupra.Et ſumma leuitas,quinimo fatuitas videtur Congregationis,ſupplicaſſe Papę,vt in prẽmiſſis prouideret.& modo negare ſuum conſenſum interueniſſe,ſub prætextu metus pœnarum, de quibus in Conſtitutione: ad tex.in l.generaliter.in fin. verſ. nimis enim indignum. C. de non num. pecun. 13.

Deinde cum Congregatio conſtaret Viris grauibus & literatis, & haberet locum, & tem- 14.

& tempus ad deliberandum de pœnis, & ceteris in Bulla contentis: poterat habere copiam Notarij & duorum teſtium, & proteſtari, ſe metu pœnarum Conſtitutionem acceptare: & nihilominus nihil fuit in contrarium proteſtata: vt in terminis tradit Bal. in quæſt. de ſchiſ. §. Sed in contrarium. num. 1. verſ. nam in factis. quæ eſt poſita ſub tit. C. de edict. Diu. Adrian. toll. vbi loquitur in fortiori caſu: quo Illuſtriſs. Cardd. in Palatio armis oppreſſi, fuerunt certiorati, quod niſi ſtatim ſine aliqua mora eligerent Romanum, vel Italicum, omnes erant in periculo, quod inciderentur per fruſta: ſequitur Alex. conſ. 146. num. 31. lib. 5.

15. Quod magis eſt dicendum in noſtro caſu: vbi huiuſmodi pœnæ priuationis, & ſimiles non imponebantur a perſona ſeculari: vel alia, cui de iure in iſtis obediendum non eſt: ſed à Papa, qui cum ſit Epiſcopus Epiſcoporum, ei præcipue debetur obedientia. c. 4. de maioritat. & obedien. vnde intrat doctrina Innocent. cōmuniter recepta in c. olim. il. 3. in fin. ver. ſed credimus. de reſt. ſpol. quod ſi ſubditi propter timorē excommunicationis Superioris faciunt aliquem actum poſitiuum; cenſentur, eo ipſo quod obediunt, conſentire; niſi proteſtentur: quem ſequuntur ibi Io. Andr. num. 11. Hoſtien. & Card. 6. Anan. 3. & communiter omnes.

16. Quam opinionem, quod faciens aliquem actum poſitiuum, veluti ſolutionis, &c. ob metum excōmunicationis, cenſeatur cōſentire, niſi proteſtetur, ſequuta eſt Rota in vna Lucañ. penſioñ. 4. Iunij. 1574. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto. diuerſ. impreſſ. 196. num. 3. part. 1.

17. Pariter ceſſat obiectum de facultate Executorum, qui poterant procedere per cenſuras, & alias pœnas contra non admittentes Conſtitutionem: quia metus incuſſus ab Executore, quod niſi Pars faciat aliquid, cogetur auctoritate Papę id facere, eſt metus iniuſtus: Innoc. videñ. in c. cum dilectus. ante num. 1. ver. violentia. & ibi Card. num. 3. ad med. verſ. & ſecundum Innocent. de his quæ vi.

18. Et ratio prædictorum eſt: quia quando Papa male informatus aliquid præcipit ſub pœna excōmunicationis, aut alia ipſo facto incurrenda: hoc præceptum habet illam conditionem, Si preces veritate nitantur: quæ conditio ante liquidationem veritatis ſuſpendit effectum excōmunicationis: & ſic interim Pars poteſt appellare, vel proteſtari: Anchar. in terminis, conſ. 240. num. 5. quem ſequitur Felyn. in c. ſi quando. nu. 2. verſic. per iſtum. extra. de reſcript. quod procedit etiam ſtante clauſula, ex certa ſcientia, & alijs quibuſcunque: nam adhuc poteſt ad Papam recurri. Dec. in d. c. ſi quando. num. 3. verſ. & idem videtur: vbi adducit rationem. quia quemadmodum Papa deceptus videtur in Facto principali, circa informationē: ita pariter in clauſulis acceſſorijs, quę ſequuntur naturam principalis diſpoſitionis: Clem. 1. de conceſſ. pręben. Put. Deciſ. 1. lib. 1.

19. Vnde quarto probatur conſenſus Congregationis alia noua coniectura: quia cum finito Capitulo ſtatim poſſet per ſuum Procuratorem, vt poſtea longo interuallo fecit, recurrere ad Papam, & dare de ſubreptione; nedum hoc non fecit in toto primo triennio; ſed neque in ſecundo, neque in tertio: ſignum euidens, quod non iurauit, neque approbauit Conſtitutionem aliquo metu pœnarum, de quibus in ea: ſed mera, & ſpontanea voluntate: nam ex ſequentibus colligitur qualis fuerit animus in præcedentibus. §. Pauonum. Inſtit. de rerum diuiſ. & fuit dictum in vna Orioleñ. beneficiorum. 6. Maij. 1595. coram Illuſtriſs. Mantica. Et qui prætendit per vim, & metum aliquid feciſſe, tenetur, quamprimum poteſt, recurrere ad Superiorem; ne non recurrendo, dicatur, conſenſiſſe: iuxta conſil. gloſ. in c. ad id. verb. per annum. de ſponſal. Grat. conſ. 43. num. 18. lib. 2. Burſat. 52. num. 53.

20. Nec dicatur, quod durabat eadem cauſa metus: nam in hoc ſtat fallacia: quia et ſi

durarent

Digitized by Google

durarent pœnæ,non tamen durabat,aut ſaltim non debebat durare,metus;ex quo recurrendo ad Superiorem, qui in tam longo tempore facile adiri poterat, dictæ pœnæ erant euitandæ, & omnia in priſtinum ſtatum reponenda: vnde non recurrendo, fuerunt in mora, & dicuntur conſenſiſſe: quia qui potuit remouere impedimentum, & non remouit, eſt in mora, & in culpa, & dicitur conſentire: c. fin. de elect. c. fin. de iniur.

Et hoc eo plus eſt aſſerendum: quia Congregatio in duobus Capitulis ſequentibus, vt dixi,vbi nullus aderat Executor, qui poſſet eam compellere, iterum, & tertio iurauit,& approbauit Cōſtitutionem: cum tamen facile,& abſque vlla contradictione poſſet conſtituere Procuratorem ad eam impugnandam: quemadmodum poſtea conſtituit.Nam ſi illi Patres timebant pœnas priuationis,& alias,de quibus in Bulla, ſi etiam timebant Papam, tanquam ſupremam Poteſtatem, vt exaduerſo dicitur, cur durantibus eiſdem pœnis,& viuente eodem Papa,mandatum dederunt,& ad Papam recurrerunt? 21.

Hinc euidenter colligitur, quod illa ſæpius repetita approbatio Conſtitutionis, & electio in vim eius ſubſequuta,& diuturna taciturnitas nō proceſſerunt a metu pœnarum, & Superioris; ſed à proprio conſenſu, & voluntate obediendi. Et ſuppoſito,ſine veri præiudicio, quod Conſtitutio eſſet præiudicialis Congregationi, quæ tamen fuit valde vtilis, & ſalutaris;tamen illa taciturnitas cum actibus poſitiuis acceptationis,& electionis, ſufficit pro conſenſu: Iaſ.in l. quæ dotis.num.90.ſolut.matrim. Panorm.in c.cum verum.num.3.de regular. Verald.optime ad noſtrum caſum Deciſ.216.num.1. cum ſeq.part.1. 22.

Denique metus Regis non probatur:quia ſola Perſona Regis,& eius imperium,& præceptum non inducit iuſtum metum: niſi præceſſerint minæ,aut aliquid aliud. gloſ. recepta in c.fin. verb.metu Regio. & ibi Panorm.num.7.& 8.qui Cleric. vel vo. Dec. in l. in omnibus cauſſis.39.num.4.verſ.contrariam tenet.de reg.iur.maximè ſtante integritate Regis Chriſtianiſſimi,qui omnia ad cōcordiam,& pacem referebat: & cuius magna ex parte intererat,ob eius Dignitatem, & patronatū Regium, Fratres ad concordiam reducere:& ſic acceptauit,vt ortæ differentiæ in ipſum remitterentur:vt in ſimili dictum fuit in d.Mantuañ.carcerationis.num.1.ver.quod Dominus Cardinalis. par.2.in Sum. Deciſ.infra num.5.quam,ſupplicatur, videri. 23.

Secunda Pars eundem conſenſum probat ex actibus præcedentibus.

ET quia ex præterito præſumitur in futurum: c.mandata. iuncto c. ſcribam. de præſumpt. & præcedentia multum conferunt ad declarationem ſequentium: l. quoties.C.famil.erciſc.Rol.conſ.41.num.18.lib.3.probatur 5.conſenſus Congregationis: quia, vt dicitur in Facto, tam ipſa, quam Conuentus Valliſoletañ. multo ante quam ſupplicaretur Papæ,compromiſerunt, & concordarunt in Regem ſuper forma electionis Abbatis Valliſolitañ.&Generalis,ſub beneplacito Sedis Apoſtolicę.Deinde Rex ſub eodem beneplacito tulit Laudum,habito prius tractatu cum Procuratore conſtituto ab ipſa Congregatione, vnà cum legitimo & ampliſſimo mandato; prout conſtat in Sum. nu.24. cui Procuratori viſum fuit huiuſmodi formam alternatiuè eligendi eſſe vtrique Parti vtilem, & ſalutarem.Et tandem Conſtitutio Sāctiſs.deſuper edita,fuit in omnibus,& per omnia conformis Laudo. §.1

Vnde conſtat Papam nihil aliud conſtituiſſe, quam illud quod voluit Cógregatio: & quod conſenſus Congregationis,qui interfuit à principio,interfuit ex poſt facto in d.Conſtitutione: cum non præſumatur mutatio voluntatis, niſi probetur:l. eum, qui 2.

voluntatem.de probat.Alciat.de præſumpt.reg.2.præſumpt.16.num.1.diuerſ.impreſſ. 172.num.3.par.2.maxime concurrente obſeruantia tanti temporis inter Conſtitutionem,& litem motam; vt fuit dictum in d.Legionen. Iuriſdictionis. coram R.P.D. Seraphino.Patr.Alex. vt in Sum.Deciſ.infra num.4.

3. Neque obſtat quod Compromiſſum Congregationis requirebat aliud ſimile Cōpromiſſum ex parte Monaſterij; quod, dicitur exaduerſo,non fuiſſe ſubſequutū: nam quod Conuentus S.Benedicti dederit mandatum ad compromittendum in Regem,& Procuratores compromiſerint, neſcio quomodo poſſit negari: quia cum in Inſtrumento mandati, inſerto in Laudo Regis, fuerit data facultas Procuratoribus, vt poſſent componere cum eo, &c. omnes actus, conuentiones,capitulationes, &c. ratione prætenſionis,quam Congregatio habebat contra d. Conuentum ſuper electione Abbatis &c.quod mandatum fuit Regi præſentatum,& ab eo acceptatum: vt conſtat ex d.Laudo: ſatis per hoc dicitur conſtare de mandato ad compromittendum, imo de Compromiſſo facto.

4. Nam Compromiſſum dicitur tranſactio:gloſ.in authen.vt differen. Iud. in princip. verb. conuentum. Collat.9. Innoc. in c. Quintauallis. num. 1. Abb. 8.de Iur.iuran. Bart.in l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum.num.8.ff. pro ſoc. Alex.conſ.22.num.3.lib.1.& compoſitio dicitur etiam tranſactio:c.ſtatuimus de cetero.de tranſact. Vnde qui habebat mandatum ad componendum,etiam habebat ad compromittendū: maxime ſtante clauſula,cum libera: vt in ſimili trad. Alex. conſ.40. num.9. & 10.lib.5. & qui præſentauit d.mandatū coram Rege,in quo dicebatur,vt.S.Maieſtas faceret circa præfata quidquid vellet &c.nec non interfuit vnà cum Procuratore Cōgregationis,& perſonis a Rege Deputatis ad docendum de Iuribus ſuis,& informandum Regem,vt ipſe teſtatur in d. Laudo, ſatis dicitur, compromiſiſſe: quia Compromiſſum conſenſu contrahitur;Card.conſ.49.num.8. vnde non eſt neceſſaria in eo aliqua forma verborum,vel ſcriptura: ſed ſufficit,vt quoquo modo appareat de conſenſu cōtrahentium.l. conſenſu. de action.Inſtit.de obligat.ex conſenſu, & ibi Doct.

5. Non obſtat etiam prætenſus defectus citationis in prolatione Laudi: quia obiectum forſan intraret, ſi Rex noluiſſet audire Partes de Iuribus ſuis: quia hoc eſſet tollere defenſionem,quę eſt iuris naturalis:quod Princeps facere non poteſt:c.1.de cauſ. poſſeſ.Clem.Paſtoralis.§. verum.de re iud. & ita loquitur Iaſ.in l.certum.num.107.& 108.C.vnde leg t.cum alijs allegatis. Sed cum ipſe plenè informatus ab eiſdem Partibus,& re benè diſcuſſa Laudum pronunciauerit,non poteſt obijci talis defectus citationis ad Sententiam: quia hæc ſolemnitas eſt de Iure poſitiuo; quæ non attenditur in Sententijs Principum:vt declarat Afflict.poſt alios.Deciſ.283.num.6.&7.

6. Per hoc reſpondetur ad illam Romañ.reuocationis Laudorum coram Illuſtriſſimo Mantica: nam ibi nulla erat facta diſcuſſio cauſæ, nec Pars audita; & ſic tollebatur ei ius naturale,& gentium;vt clarè dicitur in Deciſ. vltra quod Lauda erant prolata ab inferiori,non à Principe; vt in noſtro caſu.

7. Præterea nos non vtimur Laudo ad eius executionem:ſed ad probandum conſenſum Congregationis:qui conſenſus ex quocunque actu,etiam nullo,colligitur. l.fin. ff.de reb.cor.Mohed.Deciſ.28.num 2. de renunc.Put.92.lib.2.

8. Quod maximè eſt conforme communi ſtilo Curiæ: nam videmus, quod Partes ſæpe ineunt inter ſe pacta iuri contraria, & ſimoniaca ſub beneplacito Papæ: quæ pacta, ante ſequutum beneplacitum, ſunt nulla.c. cum pridem. iuncta gloſ.verb. illicitæ pactiones.& ibi Doct.de pact.Sarnen.in reg.de trien.q.12.num.7.Nauarr.in Manual.c. 23.num.107.verſ.ad decimum.& tamen illa pacta,& conuentiones declarant conſenſum Partium,& a Papa confirmantur:vt accidit in hoc caſu:nam de Iure,cum Rex ſit

laicus

laicus, non poterat eſſe arbiter in cauſa electionis; quia eſt ſpiritualis: c. contingit.de arbit.Doct.in c.fin.de Iudic. Vnde Partes in Regem compromiſerunt ſub beneplacito Papę;& Rex pronunciauit Laudum ſub eodem beneplacito. Licet igitur tale Compromiſſum, & Laudum ſubſequutum ante confirmationem Papæ eſſent nulla, tamen declarabant conſenſum Partium,& Regis: & ſic Papa Laudum confirmauit: ſeu edidit Conſtitutionem ipſummet Laudum continentem.

Neque obſtat,quod de tali Laudo non fuerit facta mentio in Conſtitutione; quia ſufficit eius tenorem fuiſſe inſertum in ea: nihil enim amplius continet Conſtitutio, quam ipſum Laudum: & ſic ſatis dicitur de eo facta mentio: ad tex. in authen.ſi quis in aliquo.& ibi Doct.C.de eden.Maxime cum Papa aſſerat ſibi pro parte Regis,Conuentus,& Congregationis fuiſſe ſupplicatum: quæ omnia optimè inter ſe conueniūt. 9.

Quare poſito,& non conceſſo, quod aſſertioni Papæ non eſſet ſtandum ſine aliquo adminiculo:tamen ſtantibus tot adminiculis,Compromiſſi liberi Congregationis in manibus Regis,& mandati in F.H. de Gante ad cauſam compromiſſam,& eius Informationis, ſcriptionis,& ſubſcriptionis Capitulorum pro Laudo proferendo, deinde acceptationis Conſtitutionis,& eius approbationis, & electionis ſemel, ſecundo, & tertio,& non reclamationis in tempore: (non enim obſtat timor pœnarum vt latè iam oſtendi) videtur concludendum,quod conſtat de conſenſu Congregationis. Et ſic ſumus in terminis Deciſ.Put.368.num.6.lib.2. & R.P.D. Seraphini. Patr. Alex. in illa Salamātiñ.Iuriſdictiõ.171.num.1.verſ.quantum ad ſecundum. par. 1. diuerſ. impreſſ.vt in Sum. Deciſ.infr.n.3.quæ decidunt caſum. Ex quibus,&c. 10.

Martinus Andreas Aduocatus.

VI. IVRIS.

R.de Pater. CONSTAT de cõſenſu Cong.ex tota ſerie Facti ex pluribus. Primo, quia Laudum Regis, & Conſtitutio Sanctiſs. & Capitula ſunt inter ſe conformia: & Congregatio pro obtinendo Laudo Regis fecit Compromiſſum ampliſſimum circa electionem Generalis: ex quo Compromiſſo probatur conſenſus Congregationis: l. cum antea. verſ. & quod talis conſenſus. C. de recept. arbitr. §:1

Præſertim cum Cõgregatio promiſerit ſtare Laudo Regis proferendo circa caſum electionis, ſecundum liberum arbitrium, & voluntatem Regis; & propterea Laudo Regis non poterat Congregatio contradicere:l.diem proferre.§.ſtari.ff. de recept. arbitr.l. cum antea.C. de recep.arbit.Barbat.conſ.46.num.54.lib.4. Cephal.conſ.740. num.16.lib.5.Aldobran.conſ.83.num.20. 2.

Secundo probatur cõſenſus ex mandato in perſonam F.Hieronymi de Gante, qui præſumitur, iuxtà mandatum datum,informaſſe Regem,ſecundum formam mandati, & feciſſe ea quæ expediebant ſecundum voluntatem Congregationis; & propterea ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe Capitula:nam ex mandato declaratur voluntas, & probatur conſenſus:Rot.diuerſ.Deciſ.738.in fin.verſ.accedit.3.par.3.lib.3.& Deciſ.397.num. 2. verſ.primo ex mandato.& verſ.3.ex mandato.par.1. 3.

Tertio,quia die 9.Aprilis 1591. fuerunt factæ quatuor copiæ Capitulorum, quarum vna fuit data F. Hieronymo Procuratori Congregationis,& die 22. Septembris 1591. Rex protulit Laudum: & ſic cum interceſſerit tempus ſufficiens ante Laudum, præſumitur,quod F.Hieronymus Procurator certiorauerit Congregationem de Capitulis 4.

pitulis:Rom.conſ.481.num.7.ſæpius canonizato. Crauet. conſ.40.num. 3. vbi dicit, quòd Procurator Vniuerſitatis præſumitur,tranſmiſiſſe copiam Laudi, & Vniuerſitatem ratificaſſe ex taciturnitate. Abb.conſ.18.num.4.in fine,& 5.par. 2.vbi dicit,quòd Procurator Communitatis, qui compromiſit, præſumitur,certioraſſe Communitatē, quæ,recipiendo copiam Laudi,videtur approbaſſe factum:quia non contradixit. Rot. diuerſ.Deciſ.131.num.7. part.2.

5. Et tanto magis, quia Congregatio in tribus Capitulis generalibus promiſit obſeruare omnia,& obſeruauit circa electionem Generalis:& quando principalis acceptat, & vtitur impetratis per Procuratorem,non poteſt amplius dare de defectu conſenſus. Put.Deciſ.171.num 1.& 2.lib.3.Veral. Deciſ.193.per tot.par.1. Rot.diuerſ. Deciſ. 716.circa med.ver. quo ad ſecundum.par.3.lib.3.

6. Et in terminis conſenſus,quod probetur ex electionibus ſubſequutis, trad.Rot.diuerſ.Dec. 1450.n.1.par. 3.lib. 3. & quod probetur ex mandato, & ex præſumptione, quod fuerit certioratus à Procuratore, & quia Dominus fecit mentionem de re,ſuper qua fuit præſtitus conſenſus,trad. Rot.diuerſ. Deciſ.397.num. 2.verſ. 2.loco.& nu. 3. part.1.Hoc autem in caſu non ſolum Congregatio fecit mentionem de Conſtitutione: ſed illam circa electionem obſeruauit : & cum circa obſeruantiam Conſtitutionis eſſent nata quædam dubia,Congregatio ſuper illis voluit declarationem : & ſic in alijs Congregatio acquieuit.

7. Et ex actibus etiam poſitiuis colligitur conſenſus ſufficiens : & conſenſus probatur ex facto,& ex coniecturis,ſicut ex verbis:ita in terminis conſenſus Rot.diuerſ. Deciſ. 396.num.4.& 5.par.1.& ratificatio æquiparatur mandato:l. fin. C. ad Macedo. Dec. conſ. 58.num 1.& conſ.226.num.6.& 15.Rot.diuerſ.Deciſ.716.num.1.verſ.quo ad ſecundum.part.3.

8. Quarto,quia congregatio eſt Oratrix, & ſic Conſtitutio præſumitur impetrata cum conſenſu Congregationis:Oldrad. conſ.136.num.5. Put. Deciſ.171. num.1.lib.3. Io. Paul.Deciſ.76: & fuit dictū in Farfen. Territorij.15.Martij.1589.coram bo.me. Orano,quod commiſſio impetrata præſumitur ab his,quorum nomine expedita fuit: & citatur Anton. Aug. in Repert.tit. de commiſſ.nu. 11. Maximè quia concurrunt coniecturæ propter Compromiſſum,& mandatum,& acceptationem, & propter vtilitatem Congregationis, ex quo Conſtitutio Sanctiſs. eſt magis fauorabilis Congregationi, quàm eſſet ſtatus anterior concordatus ab ipſa Congregatione in Capitulo generali de Anno 1565.nemine diſcrepante,& approbatus per Pium V. & ſic eo magis propter has coniecturas impetratio dicitur facta de conſenſu Congregationis. Put. d. Deciſ. 171.num.1.lib.3. & fuit dictum in Gerundeñ. Anniuerſariorum.9. Februarij. 1582. coram R. P.D. meo Seraphino Patr. Alex.

9. Et licet ex ſupradictis appareat conſenſum Congregationis præceſſiſſe Conſtitutioni Sanctiſſimi,tamen cùm in Conſtitutione non dicatur,Congregationem conſenſiſſe:ſed tantum, quòd Supplicatio porrigebatur pro parte Congregationis, quòd eſt verum, ſufficit conſenſus ſuperueniens poſt Conſtitutionem ; quia quando in aliquo actu requiritur conſenſus propter præiudiciū,ſufficit ſi ex poſt facto interueniat. Bart. Caſtr.& Alex. in l.ſi quis mihi bona.§. iuſſu.ff.de acq. hæred.& ibidem Iaſ. num. 41. de communi. Socin.Sen.conſ.87.nu.3.verſ.prætere a vol. 1.Nat. conſ. 126. nu. 6. & conſ.142.nu.3.& alij relati per Surd. Deciſ.99.num. 14.

10. Et in terminis,quod gratia nō ſit ſubreptitia,ſi cōſenſus ſuperueniat,& retrotrahatur ad diem datæ,trad.Rot.diuerſ.Dec 425.nu.3.par.3.li.3.& Dec. 586.n.3.verſ.verum Domini.li.3.p.3. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando tempore gratiæ,& Supplicationis non aderat mandatum:ſed poſt gratiam,& Supplicationē fuit datum.

Non

Digitized by Google

Non obſtat,quod acceptatio fuerit per metum: quia cum & in Hiſpanijs, & Romæ ſeruetur iuſtitia, & vnicuique ius reddatur, ceſſat excuſatio metus. Ita Pariſ. conſ. 170.nu.20.lib.4.& cum ſimus in re,& perſonis Eccleſiaſticis,ſufficit quòd Papa mādet,& quòd contra inobedientes poſſit procedere per cenſuras Eccleſiaſt.vt fuitdictū in Biſuntiñ.&Baſilieñ.Vnionis.10.Maij.1602.corā R.P.D.meo Seraphino.Pat.Alex. 11.

Non obſtat,quod Laudum Regis fuerit latum ſine citatione: & in Laudo proferendo de Iure, & de Facto requiritur citatio: vt in Romañ.Reuocationis Laudorum.28. Nouembris.1594 coram Illuſtriſſimo Mantica.Primo,quia F. Hieronymus Procurator ſubſcripſit Capitula continentia quod Rex Laudauit: & cum ipſe ſe ſubſcripſerit, non requirebatur alia citatio. Nam quando Procurator eſt præſens, vel ſe ſubſcribit, valet Laudum abſque alia citatione: Capic.Deciſ.1.num.37. Alex.conſ.123. num.2. lib.2, & in terminis Laudi acceptati per Procuratorem trad. Abb. conſ.18.n.6.par.2. 12.

Secūdo,quia Cōgregatio præſumitur certiorata à Procuratore de Laudo,iuxta d. conſ.Roman.& propter qualitatem negotij,& ex taciturnitate dicitur,ratificaſſe Laudum.Abb.d.conſ.18. num.4. vſque ad finem,par. 2. Crauet.conſ.40.num. 3. præſertim quia Congregatio approbauit per vſum: vt deduxi ſupra. 13.

Tertio,quia nō agitur de executione Laudi,ex quo quicquid Rex in Laudo determinauit,eſt cōforme Conſtitutioni Sanctis.& executio venit à Conſtitutione:& conſequenter ad probandam voluntatem Regis, ſufficit Laudum ſine citatione Partis: nam etiam ex actu nullo probatur voluntas Regis:l.fin.ff.de reb.eorum, quæ ſub.Purpurat.conſ.117.num.9.lib.1.& conſ.538.num.4.lib.2. 14.

Creſcen.Deciſ.5.de præſumpt.non applicatur; quia loquitur, quòd non præſumatur ſcientia geſtorum à Procuratore ad effectum,vt Dominus incidat in pœnam: & in fine dicit, quòd in contrarium eſt conſ. Roman. ſed Rota etiam ex coniecturis voluit probari ſcientiam Principalis ad effectum priuationis,quando coniecturæ ſunt vrgentes:vt fuit dictū in Mediolaneñ.matrimonij:22.Maij 1574.coram Cotta;& in Oſceñ. Archidiaconatus.10.Iunij.1602.coram R.P.D.meo Lancellotto. Ex quibus,&c. 15.

Lucas Antonius Virilis Aduocatus.

VII. IVRIS.

R.de Pater. PRAETENDIT vniuerſa Congregatio Sancti Benedicti Valliſoletañ. excludere ab electione paſsiua Generalatus, Conuentum,& Monachos Filios Monaſterij eiuſdem Sācti Benedicti, ſub prætextu, quod in Conſtitutione S. D. N. ſeu in Laudo Regis, & in alijs de quibus Informantes non interuenerit eiuſdem vniuerſæ Congregationis conſenſus. §.I

Pro cuius veritate reperienda proponitur dubium: An conſtet de dicto conſenſu Congregationis ante vel poſt conceſſionem Literarum Sanctis.in caſu,& ad effectum ſurreptionis, & nullitatis dd. Literarum,de quo agitur. De quo conſtare videtur ex pluribus. 2.

Primo: quia poſt pronunciationem Laudi Regis, eiuſdem Congregationis Monachi non ſolum non reclamarunt, ſed ſteterunt Laudo, & facto approbauerunt: ergo Laudo videntur conſenſiſſe:l.ab eo. C. quom.& quan. Iud c. quo ad conſultationem. de re iud.Gramm.Deciſ. 24.num. 4.verſ.ergo non appellans. Et ex tali tacita approbatione reſultat quædam tranſactio:Dec.conſ.435.num.37. 3.

Digitized by Google

4. Præſertim ſubſequuta obſeruantia diuturni tẽporis; quo caſu pręſumitur cõſenſus: Felyn. in c. ſicut. ſub n. 33. verſ. ſed contrariũ expreſſe. de ſent. & re iud. vbi alleg. Anch. conſ. 130. dicens, quod licet Inſtrumentũ tranſactionis nihil dicat de conſenſu Capituli, tamen ille conſenſus pręſumitur, ſi tranſactio fuit obſeruata diuturno tempore: idẽ firmat Alex. conſ 79. col. 6. quem alleg. & ſequitur Felyn. vbi ſupra.

5. Secundo per porrectionem Supplicationum exhibitarum pro parte Congregationis, pro obtinenda confirmatione à Sede Apoſtolica; quæ indicant confirmationem ab eadem Congregatione fuiſſe impetratã; quia ſtatur narratiuæ Supplicationis: Old. conſ. 136. num. 5. verſ. nec obſtat. Imol. in. c. ex parte Decani. num. 15. de reſcript. Spec. in tit. de appell. §. nunc breuiter. n. 14. verſ. quod ſi appareat. & ſępe tenuiſſe Rotam teſtatur Sarnen. in reg. de impetr. benef. viuẽ. Et fuit deciſum coram Reuerendiſs. Patriarcha Alexandrino in Legionẽ. Iuriſdictionis 11. Maij. 1580. & in Salamantiñ. Iuriſd. 17. Maij. 1577.

6. Non facit, ſi dicatur: imo confirmationem non ſuffragari, quoniam deficit conſenſus; quia reſpondetur, quod Papa non fundauit prouiſionem ſuam ſuper conſenſu expreſſo Congreg. qui nihilominus probatur expeditione Literarum, quando non poſſunt expediri, niſi de conſenſu; quia expeditores non expediunt Literas, niſi viſo conſenſu; vt dixit Rota coram R. P. D. Mellino, in Valentina penſionis. 25. Iunij. 1601.

7. Sed motus fuit ex Supplicationibus porrectis pro parte Congregationis, quę oſtendũt conſenſum ad ſupplicandum. Quod præſertim dicendum eſt, ſubſequuta ratificatione, & acceptatione illius; quia ratificatio illud idem operatur, quod mandatum: l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hęred. & ibi gloſ. in fin. in verb. pręcedere debet. c. ratihabitio. de reg. iur. in 6. Verall. Deciſ. 53. num. 5. lib. 1.

8. Et tanto magis, quia in confirmatione Papa expreſſit formã contentã in ipſo Laudo, de modo electionis faciendi Generalem, & mandauit omnia obſeruari, vt in Capitulis ibi inſertis; ita vt ſuper illis Papam diſpoſuiſſe cenſeatur: ad trad. per Abb. in c. examinata. ſub num. 5. verſ. confirmamus per dictam compoſitionem. de conf. vtil. vel inutil. Felyn. in c. inter dilectos. n. 14. verſ. fallit primo. & nu. ſeq. de fid. inſtrum.

9. Tertio adeſt Concordia celebrata inter Partes Anno 1565. ſuper modo eligendi Generalem, alternatis vicibus eligendum tam actiuè, quam paſſiuè, quæ eſt confirmata à Papa, & continuatim obſeruata vſque ad annum 1589. & ſic plusquam per ſpatium 30. annorum. Quo circa negari non poteſt conſenſus d. Congregationis; quoniã vbi concurrit obſeruantia diuturni temporis, præſumitur omnis auctoritas, & conſenſus: Moheda. Deciſ. 2. alias 52. de tranſact.

Bernardus Iuſtus Aduocatus.

Digitized by Google

SVMMARIVM DECISIONVM

Legionen. Iuriſdictionis. Vener. 23. Iunij. 1589.

CORAM ILL.^mo ET R.^mo CARDINALI PLATTO.

DVbitaui, an canonizationem confirmationis Concordię de Anno 1562. factam inter Epiſcopum Legioneñ. & Archidiaconum de Saldagna, impedire poſſit vel defectus mandati, vel enormiſſimæ læſionis allegatio, aut appoſitio ſubreptionis alicuius reſultantis, vel ob non factam mẽtionem ad fauorem Archidiaconorum. Et Domini reſoluerunt, iſta non obſtare, quominùs ad canonizationem Concordiæ deuenire poſſit. Nam quod attinet ad defectũ mandati, dixerunt Domini: Quòd cum in confirmatione Papa aſſerat, ſibi fuiſſe ab vtroque ſupplicatum, huiuſmodi aſſertioni ſtandum eſt: Imol. c. ex parte Decani. ſub num. 15. de reſcr. Clem. literis. de probat. & dicitur, fuiſſe reſolutum in vna Legioneñ. Iuriſdictionis. inter Epiſcopum, & Capitulum coram R. P. D. meo Seraphino, die 21. Maij. 1580. Quapropter, etſi daretur, mandatũ, de quo agitur, non eſſe in forma probanti ob defectum ſubſcriptionis, niſi alterius ex Notarijs, attamen non conſequeretur confirmationem Concordiæ ex defectu mandati eſſe inualidam: quia cum Papa aſſerat, ſibi fuiſſe ab vtraque Parte ſupplicatum, dicendum eſt, quòd aut tunc temporis fuit exhibitum iſtud mandatum ab vtroque Notario ſubſcriptum, vel aliàs validum, & in forma probanti, vel quod aliud legitimum mandatum alio tempore interceſſerit; vt in ſimili coram R. P. D. meo Bubalo in vna Legioneñ. Decimarum de Scalante. Lunæ 19. Ianuarij proximi & elapſi reſolutũ fuit: in qua, licet probaretur, aliquos ex Beneficiatis non interfuiſſe Cõcordiæ: quia tamen Papa narrabat, illos etiam conſenſiſſe, reſoluerunt, præſumẽdum eſſe, aliud Inſtrumentum Concordiæ factum fuiſſe, in quo omnes Beneficiati interuenerint. N. I. §. I

Quod eo magis in caſu iſto dicendum eſt, ex quo conſtat de Concordia inter Epiſ. & Archidiacon. ſeu Laudo inter eos ſuperinde lato, & per eoſdem acceptato: in quo præcipitur, vt vterque det mandatum ad petendam confirmationem à Sede Apoſtolica. Quare cum confirmatio vtriuſque nomine facta reperiatur, facilius præſumendum eſt, vel quod mandatum legitimum interuenerit: vel quod ipſa Laudi acceptatio ſufficiat: ad trad. per Rub. conſ. 29. num. 5. Caſſan. conſ. 39. num. 97. Afflict. Deciſ. 61. &c. 2.

Domini dicebant etiam, nullam huius prætenſæ ſententiæ habendam rationem ad infringeñ. Concordiam: ex quo in confirmatione ex certa ſcientia facta, prohibet Papa, ne vllo futuro tempore ab ea recedatur ſub aliquo prætextu, etiam enormiſſimæ læſionis. Quod potuit Papa facere, cum de bonis Eccleſiaſtic. liberè potuerit diſponere: & in hoc caſu abſque difficultate licuit, ex quo Iuriſdictio reditura erat ad Epiſcopum, ad quem de Iure ſpectabat: argum. l. ſi vnus §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pact. trad. Ruin. conſ. 106. num. 8. lib. 1. poſt Abb. in c. veniens. de præſcr. volentem, quod Prælatus poſſit præiudicare Eccleſiæ, cum ſit reditus ad ius commune: nulla habita diſtinctione inter graue & leue præiudicium. &c. 3.

Virdunen.

Digitized by Google

Virdunen. Electión. Epiſcopatus. 15. Nou. 1593.

Coram R. P. D. Pamphilio. Rotæ Decano: quæ incipit.

Prætendente Capitulo Eccleſiæ Virduneñ. ius eligendi Epiſcopum &c.

N.2. §.1. QVod manifeſtè probat ipſum Priuilegium Leonis, in quo adeſt explicata confeſſio Capituli, quod Eccleſia Virduneñ. nō eſt in Germania, nec gaudet Concordatis: & ſupplicat Leoni, vt tanquam ſuffraganea Treuireñ. quę gaudet alternatiua menſium, eiuſdem gratię particeps, & concors fiat. Cui Supplicationi annuit Leo concedendo, quo ad caput alternatiuæ.

2. Nec videbatur DD. eſſe dubitandum Priuilegium huiuſmodi fuiſſe obtentum ad inſtantiam Capituli: quia hoc atteſtatur ipſe Leo, cui in hoc creditur, cum narret factum proprium: vel ſaltim factum alienum ſecum geſtum: Clement. literis. vbi Imol. circa fin. de probation. & fuit ſæpius deciſum coram Domino meo Seraphino in cauſa Salamantiñ. Iuriſdictionis. die 17. Mai. 1577. & in cauſa Legioneñ. Iuriſdictionis. de menſe Maij 1580. & coram Illuſtriſs. D. Platto ſub die 23. Iunij. 1589. in alia Legioneñ. Iuriſdictionis de Saldagna. per conſ. Oldrad. 136 nu. 5. verſic. non obſtat quidem Aduerſarij. Imol. in c. ex parte Decani. ſub num. 9. verſ. tu potes concludere. de reſcript. Abb. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. num. 9. & ibi Felyn. ſub num. 7. de reſcript. Præſertim cum iſta atteſtatio ſit adminiculata tam ex qualitate gratiæ, quæ facit, vt non præſumatur conceſſa niſi cum maxima inſtantia: iuxta Deciſ. Io. Paul. 28. incipit: Salamantiñ. cum alijs, quæ fuerunt deducta in cauſa Portueñ. bonorum de Columna. ſub die 14. Maij. 1578. coram Domino meo Seraphino: quam etiam impenſa facta in ipſa expeditione Literarum, quæ operatur, vt præſumantur expeditæ de ordine illius, qui pro Oratore nominatur: ad l. cum ſeruus. ibi Alex. n. 4. & alij de verb. oblig. Felyn. d. §. ſunt & alij. ſub n. 7. Dec. in c. 1. ſub n. 7. de Iud. Caſſador. Deciſ. 3. num. 4. de Procurator. Sarneñ. de annal. q. 32. & de trienn. q. 38. Mohed. Deciſ. 202.

3. Et ceſſat difficultas ex vſu ipſius alternatiuæ, qui probatur ex Deciſion. ſumptis: ex quibus conſtat ſæpius inter prouiſos à Sede Apoſtolica & à Capitulo, vigore alternatiuę, fuiſſe in Rota litigatum ſuper prouiſionibus factis a Capitulo Virduneñ. qui vſus non poteſt referri niſi ad Priuilegium Leonis, ex quo a tempore Cōcordatorum citra vſque ad d. Priuilegium non conſtat Capitulum vſum fuiſſe alternatiua, neque illam acceptaſſe: prout requiritur, ne liceat variare: & iſte vſus inducit acceptationem gratiæ: Bal. in l. fin. §. neceſſitate. ſub num. 20. C. de bonis, quæ liberis. & in conſ. 349. num. 3. lib. 1. poſt Innoc. in c. venerabilis. de except. cum alijs per Dec. conſ. 463. num. 13. vt poſt Tiraquel. de conſt. limit. 3. ſub num. 12. Creſcen. Deciſ. 54.

4. Vltraquod pro iſta acceptatione multum etiam facit & actus Capitularis de Anno 1519. in quo impetrato hoc Priuilegio alternatiuæ, ſimul cum alio ſuper quibuſdam Cappellanijs, Capitulum videtur illa acceptaſſe, mandando quod corrigantur; ita quod Cappellaniæ ſint amouibiles ad nutum Capituli, cum alijs, quæ ſunt corrigenda in narratiua dd. Priuilegiorum: quod non poteſt intelligi eius quod Eccleſia Virduneñ. non ſit in Germania, nec comprehendatur ſub Concordatis: quia hoc principaliter dicitur etiam in ipſa diſpoſitiua: quæ quo ad alternatiuam menſium extendit Literas Nicolai ad ciuitatem Virduneñ. perinde ac ſi comprehenderetur in Concordatis, & eſſet in Germania. Et maxime quod Capitulū, mandando de hac correctione informari Simonem Cominum, & Iacobum de Maſſono Romæ exiſtentes, qui vna cū

Capitulo

Digitized by Google

Capitulo nominantur pro Oratoribus in Priuilegio, videtur, illos in ſuos agentes recognoſcere.

Ex quibus tolluntur ea, quæ dicebantur de errore confeſſionis, quia non præſumitur. Angel. in l. errore. in princip. de teſtam. Bal. in l. Imperator. in 1. in princip. ff. de ſtat. hom. & debet probari per allegantem: Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. Corn. conſ. 250. num. 7. lib. 4. maxime quod ex productis paret confeſſionem fuiſſe factam cum matura deliberatione: Gabr. concl. 5. de confeſſ. &c. 5.

Et ita DD. vnanimiter concluſerunt: præſertim quia negari non poteſt, quin a præmiſſis ſaltim reddatur turbida probatio Capituli, ita vt ſtandum ſit interpretationi, quam dedit quaſi poſſeſſio Sedis Apoſtolicæ: iuxta notata per Butr. in c. 1. num. 11. verſ. oppono. & ibi Io. Andr. n. 4. de religioſ. domibus. Et obſeruantia ſubſequuta, quæ eſt optima interpres præcedentis diſpoſitionis: l. minime. & l. de interpretatione. ff. de legat. l. quædã. ff. de reb. dubijs. c. cum dilectus. de conſuet. Socin. in conſ. 145. num. 2. lib. 1. Necuſantius conſ. 66. num. 22. maxime cum ſit longęua a tempore Concordatorum citra: ad not. per Aret. conſi. 15. col. fin. Aim. conſ. 101. n. 4. & conſ. 118. ſub nu. 2. cum alijs allegatis. 6.

Salamantin. Iuriſdictionis. die 17. Maij 1577.

Coram R. P. D. Seraphino. Patriar. Alex.

FVit reſolutum &c. Quantum ad ſecundum, quòd Clerus & ceteri ſupplicauerint, ſatis apparet iuſtificatum ex effectu ſubſequuto: quia pluries iſte Clerus, & alij nominati elegerunt Abbatem, & ſub Abbatum cura, & ſolicitudine per longiſſimum temporis ſpatium quietè permanſerunt. Præterea cum Papa narret, quòd ſibi fuit ſupplicatum pro parte iſtorum, hæc videtur narratiua facti proprij: ideo ei credendum: Clem. literis. de probation. & ſaltim eſt narratiua facti alieni ſecum geſti, quæ probat: vt per Imol. ibidem prop. fin. &c. N. 3.

Legionen. Iuriſdictionis. die 15. Maij 1580.

Coram eodem R. P. D. Seraphino Patr. Alex.

QVarto & vltimo non obſtat, quod non eſſent de conſenſu Epiſcopi: quia imo conſtat de eo ex atteſtatione Papę, qui dicit ambas Partes ſupplicaſſe, & eſt de facto proprio: Clem. literis. de probat. concurrente maximè obſeruantia tanti temporis, cum intercedant plures anni inter confirmationem, & litem motam. &c. N. 4.

Mantuan. carceration. Lunæ. vltima Febr. 1579.

Coram Illuſtriſs. Cardinali Blanchetto.

QVod Dominus Cardinalis voluerit, quòd ortę rixę, & differẽtiæ in ipſũ remitterẽtur, potuit ſanè pro bono pacis deſiderari magis, quàm animo inferendi vim, vel metum: prout interpretatio in bonam partem eſt deſumenda; nec aliud fini- N. 5.

Digitized by Google

ſtrum de perſona tanti Principis ſuſpicandum eſt. Eius enim aliqua ex parte non poſſet inficiari, quin intereſſet, fratres ad concordiam prouocare, lites exortas ſopire, & horum omnium in ſe ſuſcipere patrocinium : tum ex eius Dignitate, tum etiam cum ageretur de controuerſijs inter nobiles ciues Mantuanos, & vnicus Teſtis tantũ adſit qui concludenter ad fauorem Domini Alexandri, & fratrum deponat: ceteri de auditu, & de fama magis iudicant, quam teſtificentur. &c.

INDEX INFORMATIONVM & Summariorum, quæ hic continentur.

In primo Alphabeto A. &c. ſimplici.

Facti generalis D. Ant. Mariæ Coratij. fol. 2.
Reſponſio Facti. fol. 8.
Facti & Iuris generalis cum Reſponſione Ioan. Bap. Spadæ Adu. Conſ. & M. F. Laurentij de Ayala. fol. 13.
Facti generalis Compendium. fol. 30.

Iuris generalis cum Reſponſionibus.

Nicolai Angelij A. C. fol. 12.
Bernardini Scotti A. C. fol. 18.
Io. Bap. Sorcij. A. fol. 46.
Martini Andreæ A. fol. 24.
M. F. Laurentij de Ayala. fol. 31.

In ſecundo Alphabeto A a. &c. duplici.

Dubij circa Conſenſum Congregationis in Conſtitutione S. D. N.

Facti D. A. Mariæ Coratij. fol. 1.
Reſponſio Facti. fol. 3.

Iuris. cum Reſponſionibus.

Bernardini Scotti. A. C. fol. 20.
Ioannis Baptiſtæ Spadæ. A. C. fol. 18.
Ioannis Benini. A. C. fol. 20.
Ioannis Baptiſtæ Sorcij. A. fol. 9.
Martini Andreæ. A. fol. 22.
Lucæ Antonij Virilis. A. fol. 27.
Ioannis Baptiſtæ Zazzaræ. A. fol. 33.
Bernardi Iuſti. A. fol. 29.
Summarium Deciſionum. fol. 31.

In tertio Alphabeto A. &c. ſimplici.

Summarium Iurium & Inſtrumentorum. fol. 3.
Bulla Conſtitutionis. S. D. N. de qua agitur, cum ſuo Summario. ibi. Num. 1. fol. 5.
Commiſſio. S. D. N. ibi. poſt Bullam. fol. 12.

DEO GRATIAS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. D.

DECANO.

VALLISOLETAN. PRÆEMINENTIARVM.

Pro

Venerabili Monaſterio Sanċti Benediċti
Regij Valliſoletan.

Contra

Eiuſdem Venerabilem Congregationem.

SVMMARIVM IVRIVM ET
INSTRVMENTORVM.

ROMÆ,

Apud Impreſſores Camerales. M. DCII.
De Superiorum licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX eorum quæ in hoc Summario continentur.

N. 1. BVlla Conſtitutionis S. D. N. Clementis de qua agitur, vt in regeſtro fol. 4. & Commiſſio eiuſdem Sanctiſſimi, vt ibidem, fol. 25.

2 Bulla Clementis VII. de anno 1390. vt in Bullario f. 66. de fundatione Monaſterij S. Benedicti Valliſoletan.

3 Bulla Martini V. de anno 1428. committens Monaſterio Valliſoletan. reformationem, & ædificationem aliorum Monaſteriorum ſui Ordinis, vt in Bullario, fol. 74.

4 Bulla Eugenij IIII. de anno 1436. & 1438. concedentes Monaſterio Valliſoletano iuriſdictionem ſuper alia Monaſteria ab eo ædificata, & reformata, ſeu reforman. & ædificanda, vt in Bullario fol. 85.

5 Bulla Nicolai V. de anno 1452. cõcedens Superiori Monaſterij Valliſoletan. facultatem mutandi Monachos etiam inuitos de vno Monaſterio ad aliud, vt in Bullario fol. 114.

6 Bulla Pij II. de anno 1458. concedens monaſterio Valliſoletano facultatem vniendi ſibi alia Monaſteria, vt in Bullario fol. 118.

7 Bulla Pauli II. de anno 1466. concedens Monaſterio Valliſoletano, vt eius Superior ſit triennalis, & vt electus à Conuentu ipſo facto ſit confirmatus, vt in Bullario fol. 120. & vt congreget Capitulum generale ſuo libito.

8 Bulla Innocentij VIII. de anno 1489. concedens Superiori & Monaſterio Valliſoletan. pleniſſimam iuriſdictionem ſuper alia Monaſteria, & excommunicans, & priuans priuilegijs & officijs omnes diſcedentes ab eius obedientia, vt in Bullario fol. 126.

9 Conſtitutiones Congregationis de anno 1500. vt in regeſtro fol. 426.

10 Conſtitutio eiuſdem Capituli de anno 1500. de obedientia debita Monaſterio S. Benedicti, & de Capite Congregationis ex 1. libro Capitulorum generalium cap. 2. fol. 4. & ſequentibus, vt in regeſtro fol. 427. & in Conſtitutionibus impreſſis cap. 1.

11 Conſtitutio eiuſdem Capituli 1500. de electione & confirmatione Prælatorum ex libro primo Capitulorum generalium cap. 20. vt in regeſtro fol. 246.

12 Bulla Alexandri VI. de anno 1502. confirmans acta Capituli generalis de anno 1500. & conſtituens Monaſterium Valliſoletan. & eius Abbatem Caput Congregationis & tribuens illi plenam ſuper eam iuriſdictionem, & confirmans vt Abbas Generalis eligatur ſolum à Conuentu Valliſoletano, vt in Bullario fol. 142.

13 Bulla Iulij II. de anno 1505. concedens Congregationi, vt gubernetur iuxta formam Caſſinen. Congregationis quantum patriæ & Regionis diuerſitas patiuntur, vt in Bullario fol. 1. & alia §. 2. eodem anno creans denuò Abbatem Valliſoletan. in Reformatorem, vt in Bullario fol. 154.

14 Acceptatio Bullæ prædicta Iulij II. in Capitulo generali de anno 1509. & res in quibus regimen Caſſinen. fuit acceptatum, vt in Præſidentia Diffinitorum, & in deputatione Iudicum cauſarum temporalium, vt in regeſtro fol. 588.

15 Bulla Clementis VII. de anno 1523. concedens Congregationi, quod conceſſerat etiã Leo X. & Iulius II. vt poſſet ſe conformare regimini Caſſinen. Congregationis quantum patriæ diuerſitas pateretur, & quantum Abbati Valliſoletan. Reformatori Generali in Capitulo generali videretur, vt in Bullario fol. 166.

16 Bulla Pauli III. de anno 1535. confirmans omnem formam Congregationis, & eius regimen, vt erat in viridi obſeruantia, vt in Bullario fol. 171.

17 Acta Capituli generalis de anno 1556. in quo ſpreto Breui Pauli III. de anno 1550. & Conſtitutionibus Canonicis, & Congregationis, fuit attentate electus per Congregationẽ Abbas S. Benedicti, & Generalis, & fuit ſtatutum, vt ſimiliter fieret in poſterum reclamante Monaſterio S. Benedicti, vt in regeſtro fol. 576.

18 Bulla Pij IIII. de anno 1561. concedens Regi Catholico Philippo II. & Congregationi, vt facerent congregari duodecim Monachos, qui ederent Conſtitutiones perpetuas pro regimine Congregationis, & annullans quaſcũq; literas aliter expeditas contra quemcumq; Monachum &c. vt in Bullario fol. 179. & nomina XIJ. Monachorum ad hoc

Digitized by Google

nominatorum, & domuum ſuarum profeſſionum, vt in regeſtro fol. 264.

19 *Concordia facta in Capitulo generali de anno 1565. inter vniuerſam Congregationem, & Monaſterium S. Benedicti Valliſoletan. ſuper electione Abbatis prædicti Monaſterij, & Generalis Congregationis, vt in regeſtro fol. 266.*

20 *Supplicatio porrecta Pio V. ſe. re. pro confirmatione prædictæ concordiæ, vt in lib. 8. regeſtrorum illius temporis fol. 138. & in regeſtro fol...*

21 *Bulla Pij V. de anno 1567. confirmans concordiam prædictam iuxta ſupplicationis formã, vt in Bullario fol. 187. & in regeſtro fol. 188.*

22 *Conſtitutio Capituli generalis de anno 1568. de electione Abbatis S. Benedicti, & Generalis, vt in lib. Conſtitutionum impreſſarum Cap. 17.*

23 *Compromiſſum Congregationis circa electionem Generalis in manibus bo. me. Philippi II. Regis Catholici, vt in regeſtro fol. 86. & 319. & 519. & 695.*

24 *Mandatum Congregationis in Fratrem Hieronymum de Gante ad cauſam compromiſſam coram Rege Catholico, vt in regeſtro fol. 202. & 533.*

25 *Literæ Regis Catholici ad Conuentum Valliſoletanum, vt in regeſtro fol. 345.*

26 *Capitula miſſa à Rege Catholico ad Conuentum Valliſoletan. vt in regeſtro fol. 348.*

27 *Literæ Conuentus Valliſoletan. ad Regem Catholicum, vt in regeſtro fol. 355.*

28 *Mandatum Conuentus Valliſoletan. vt Procuratores agant cum Rege Catholico, & acceptent quicquid ipſe laudauerit, vt in regeſtro fol. 710.*

29 *Laudum & Sententia Regis Catholici, & eius acceptatio à Procuratoribus Monaſterij, vt in regeſtro fol. 693.*

30 *Præſentatio Bullæ Conſtitutionis S. D. N. in Capitulo generali de anno 1592. vt in regeſtro fol. 320.*

31 *Acceptatio Bullæ per Capitulum, & Conuentum coram Notario publico, vt in regeſtro fol. 388.*

32 *Iuramentum Capituli de anno 1595. de obſeruan. Bullæ, vt in regeſtro fol. 322.*

33 *Iuramentum Capituli de Anno 1598. de obſeruan. Bullæ, vt in regeſtro fol. 325.*

34 *Decretum Capituli generalis de anno 1598. ad peten. explicationem Bullæ nouæ Concordiæ, vt in regeſtro fol. 452.*

35 *Supplicatio Procuratorum Congregationis coram S. D. N. & Sacra Congregatione Illuſtriſſimorum ſuper Regularibus in adimplementum prædicti decreti, & Congregationis reſolutio, vt in regeſtro fol. 439.*

36 *Breue Sanctiſſimi D. N. de menſe Auguſti 1599. pro explicatione Bullæ Conſtitutionis, vt in regeſtro fol. 453.*

37 *Declaratio R. Patris Generalis profeſſi ex Congregatione de menſe Septembris anni 1600. de acceptatione Bullæ, & de alijs ad Monaſterium & Monachos Valliſoletan ſpectan. inſtanti eodem Monaſterio, vt in regeſtro fol. 412.*

38 *Declaratio R. P. Generalis profeſſi ex Congregatione de menſe Septembris anni 1600. circa ſtatum pacificum Congregationis cum obſeruantia huius Bullæ, vt in regeſtro fol. 448.*

39 *Declarationes Præſidis, Auditorum, & Notariorum omnium Regiæ Cancellariæ Valliſoletan. quòd Monaſterium Valliſoletan. non habuerit ad eos recurſus, ſicut de anno 1600. fuit delatum ad Sanctiſſimum D. N. vt in regeſtro fol. 430. & 422.*

40 *Literæ R. Patris Generalis præteriti profeſſi ex Congregatione de menſe Februarij 1601. ad Procuratorem Valliſoletan. de inobedientia, & maledicentia Procuratorum Congregationis in Curia, vt in regeſtro fol. 45.*

41 *Mandatum procuræ Capituli generalis de anno 1601. In Fratrem Petrum, & alios Procuratores ad Contradicen. Concordiæ emologatæ inter Congregationem & Monaſterium, vt in regeſtro fol. 209. &...*

42 *Memoriale remiſſum Romam à Capitulo generali de anno 1601. ad Procuratores ad poſtulan. reformationem Breuis de anno 1599. & explicationem Bullæ &c. vt in regeſtro fol. 548.*

43 *Literæ R. Patris Generalis præſentis de menſe Ianuario & Februario 1602. ad Procuratorem Valliſoletan. de inobedientia Fratris Petri de Areualo ad mandata Congregationis, de rebus geſtis in Capitulo generali, de libertate & pace cum qua factæ ſunt electiones à Diffinitoribus, & de ſniã Illuſtriſſ. Cardinalis Hiſpalen. circa Bullæ obſeruãtiã.*

44 *Literæ R. P. Generalis præſentis ad Fr. Petrum de Areualo ex 25. Ianuarij 1602. exhortantis illum, & ei præcipientis, vt ſit obediens Congregationi.*

Digitized by Google

Bulla Conſtitutionis S. D. N. Clementis, de qua nunc agitur, vt in regeſtro fol. 4. & commiſsio eiuſdem S.D.N. vt in regeſtro fol. 25.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 *PRoponitur pro parte Regis Catholici Philippi II. & Monaſterij Valliſoletan. & eiuſdem Congregationis ſtatus differentiæ inter partes ſuper iure eligendi Abbatem Valliſoletan. & Generalem.*

2 *Concordia de anno 1550. vt Capitulum generale nominaret Conuentui Valliſoletan. duos Monachos, ex quibus ipſe vnum in ſuum Abbatem & Generalem eligeret.*

3 *Concordia de anno 1559. vt ex duobus Monachis nominatis à Capitulo generali, ſaltim eſſet vnus ex illis profeſſus in Monaſterio Valliſoletan.*

4 *Pij IIII. ſtatutum, vt ſeruaretur modus eligendi Abbatem Generalem iuxta formam de anno 1550. etiam per obitum Generalis.*

5 *Congregati fuere duodecim Monachi Madriti ex præcepto Pij IIII. ad edendas Conſtitutiones pro Ordinis regimine.*

6 *Hi duodecim Monachi ſub beneplacito S. S. ordinarunt, vt electio Abbatis Valliſoletan. & Generalis fieret alternatiuè, nominante ſemel Capitulo generali duos Monachos, & Conuentu Valliſoletan. vnum ex illis eligen. in Abbatem & Generalem: & iterum nominante Conuentu alios duos Monachos, & Capitulo vnum ex illis eligente in Abbatem Generalem.*

7 *Ordinarunt etiam, vt per obitum Abbatis Generalis fieret eius electio à Viſitatoribus, & Diffinitoribus conuocatis à Priore Valliſoletan. ſeruata forma prædictæ alternatiuæ cum Conuentu Valliſoletan.*

8 *Et vt Prior Monaſterij Valliſoletan. eſſet Præſidens in Capitulo Generali à die vacationis Generalis, vſque ad alterius electionem, iuxta formam antiquam.*

9 *Et vt Abbates durarent per ſexennium, & eligerentur à Conuentibus, exceptis Abbatijs trium Collegiorum.*

10 *Hæc Statuta fuere confirmata à Pio V. ſupplicantibus Rege Catholico, & vniuerſa Congregatione, & Monaſterio Valliſoletan.*

11 *Proponitur S. D. N. Congregationem adhuc prætendere electionem Generalis ſibi concedi abſq; interuentu Monaſterij Valliſoletan., & pro parte Regis, & Congregationis, & Monaſterij illi ſupplicatur, vt circa hoc dignaretur prouidere.*

12 *S.D. N. conſtituit, & ordinat, vt Capitulum generale eligat ſemel actiuè liberè abſq; interuentu ſuffragiorum Conuentus Valliſoletan. (Capitularibus Monachis exceptis) Abbatem Valliſoletan., & Generalem Congregationis, ex ipſius gremio: ſeruatis in reliquis Conſtitutionibus, vt ſunt in viridi obſeruantia.*

13 *Sed iterum eligat ſimiliter actiuè liberè, vnum Monachum profeſſum Valliſoletan., & ſic fiat ſucceſsiuè alternis perpetuò triennijs.*

14 *Et quia priuantur Monachi Valliſoletan. ſuffragijs, quæ ſemper habuerunt in electione Generalis, ſtatuit, vt vnus ex octo Diffinitoribus Congregationis ſit profeſſus Valliſoletan.*

15 *Statuit, vt Monaſteria cætera, quæ ſunt Capitularia non eligant ſuos Abbates: ſed in Capitulo generali à Generali nouiter electo, & Diffinitoribus eligantur.*

16 *Et vt in Monaſterio de Monſerrato ſeruetur à Diffinitorio in electione illius Abbatis alternatiua circa Monachos ex Corona Aragonum.*

17 *Et vt Diffinitores in his electionibus careant voto paſsiuo in Capitulo, ſecus autem per obitũ Abbatum infra triennium.*

18 *Et vt initio cuiuſcumq; Capituli generalis iurent Congregatio, & Monaſterium obſeruantiam harum Apoſtolicarum Conſtitutionum, ſub pœna priuationis voti.*

19 *Et vt parte aliqua hæc obſeruare recuſante, ad aliam partem ſpectet omnino, & inſolidum electio Abbatis Generalis.*

20 *Et vt hæc omnia ab omnibus inuiolabiliter perpetuò obſeruentur ſub cenſuris, & pœnis, &c.*

21 *Decretum irritans cum clauſula ſublata, &c.*

CLE-

Digitized by Google

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

N.° 1. INter cetera cordis noſtri deſideria, id intentis exoptamus affectibus, vt inter perſonas Eccleſiaſticas quaſcũq; ,præſertim regulares,præciſis diſcordiarum materijs,charitatem concordia nutriat, & pacem charitatis firmet amœnitas; pro quo tam ſalubri bono conſequeñ nonnulla, ſtatuimus, & ordinamus,prout conſpicimus in Dño ſalubriter expedire.Dudum ſiquidem fel.rec. Pio V. PP. Prædeceſſori noſtro pro parte Chariſſimi in Chriſto Filij Noſtri,tunc ſui, Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Abbatis,& Conuentus Monaſterij S. Benedicti oppidi Valliſoleti Ordinis eiuſdem S.Benedicti Palentiñ Diœc.necnõ Congregationis dicti Ordinis Regnorum Hiſpaniarum expoſito: Quod antea,poſtquã in mul-
§. 1. tis celebribus Monaſterijs eiuſdem Ordinis, quæ in Regnis præfatis à tunc exiſtẽtibus illorum Regibus Catholicis fundata fuerant, iampridem prolapſa Monaſtica diſciplina,procurantibus claræ memoriæ Ferdinãdo & Eliſabeth Hiſpaniarum Regibus diligẽter reſtituta fuerat; ac longo poſt temporis interuallo illa omnia in vna Congregatione ſuadente Inclitæ memoriæ Carolo V. Romanorum Imperatore Apoſtolica auctoritate confecta, & reformata extiterant: grauiq; ſubinde diſcordia inter Abbatem & Conuentum, ac Congregationem prædictos ſuper iure eligendi Abbatem Generalem dictæ Congregationis, qui illius Caput & Viſitator exiſteret incitata, vtriſq; inuicem aduerſis pertinaciter contendentibus,Congregatione vcʒ, ius ipſum eligendi ad ſe, & totum Capitulum generale tanquam ſupremum Caput pertinere: Conuentui verò,ex quo Abbas Generalis totius Congregationis pariter Abbas ſpecialis dicti Monaſterij Valliſoleti erat,conſentaneum non videbatur,vt Conuentus ipſe poteſtate eligendi,cuius poſſeſſioni iam inde ab ipſo reformationis principio inſtiterat, minus meritò priuaretur; ac deniq; Capitulo ipſo generali à tunc exiſtẽte Epiſcopo Seguntiñ,cui piæ memor. Paulus Papa III. Prædeceſſor noſter negotium hoc vniuerſum ſpecialiter delegauerat, in dicto Monaſterio Valliſoleti anno Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo conuocato, vtraq; parte ibidem conueniente, vnanimi omnium conſenſu ſtatutũ
§. 2. & ordinatum,ac ꝙ perpetuis deinceps futuris temporibus cuſtodiretur mãdatũ fuerat; vt quotieſcũq; officium Abbatis Generalis Congregationis huiuſmodi, quod triẽnale erat,vacaret, vniuerſa Congregatio in eodem Capitulo generali ad hunc effectum celebrañ. duos Monachos, qui ex ipſa Congregatione magis idonei viderentur,nominaret, Abbas verò & Conuentus prædicti alterum ex ipſis duobus Monachis nominatis, quem mallent, eligerent; qui ſic electus Generalis Abbas totius Congregationis, ac ſimul Abbas particularis Monaſterij Valliſoleti huiuſmodi exiſteret; Demum ſtatuto ipſo,quo ad huiuſmodi electionem annis aliquot obſeruato; poſtquam ipſi Conuẽtus illi veluti iniuſto reclamaſſent: rurſus inter eos ac dictam Congregationem nono poſt
§. 3. anno conuentum, concordiaq; pactum fuerat; quod duorum nominandorum, alter ex gremio dicti Conuentus deſumeretur; & ſi eum in Abbatem Generalem eligi contingeret, ſequenti triennio ipſi Conuentus alterum ab ipſa Congregatione nominãdũ

in dicto

Digitized by Google

in dicto Monaſterio Valliſoleti non profeſſum pariter in Abbatem Generalem eligere tenerentur. Cumq; deinde hæc poſterior Conuentio, vt probauerat euentus, nō modo pacis ſperatæ fructum non attuliſſet; quinimò diſcordias, pro quibus ſedandis proceſſerat, miniſtraret; cum recol.mem.Pius Papa IIII. ſimiliter Prædeceſſor noſter, prædicti Philippi Regis ſupplicationibus inclinatus, per ſuas Literas poſteriorem Cōcordiā, atq; Conuentionem huiuſmodi in irritum reuocaſſet: Statutum verò præfatum, de nominandis duobus vbicūque profeſſis, reſtituiſſet; illudq; ac etiam, certis quibuſdā honeſtis ſuadentibus cauſis, aliud ab ipſo editū Statutum, quod ceteri Abbates reliquorum Monaſteriorum dictę Congregationis ad triennium dumtaxat ordinarentur; eo tñ finito in aliud Monaſterium ſimili modo aſſumi poſſent, approbaſſet; ac inſuper ſtatuiſſet, & ordinaſſet, ꝙ vacationi officij Abbatis Generalis huiuſmodi, ſiue in proprio Capitulo generali tertio quoq; anno celebrando, ſiue per ceſſionem, priuationem, obitūq; aduenieñ Congregatio duos, vt præfertur nominare, & ex ijs Conuentus alterum eligere deberent, qui & Abbas Generalis Congregationis & particularis Monaſterij Valliſoleti prædicti vſq; ad proximum Capitulum generale eſſet: Abbates verò aliorum Monaſteriorum finito ſuo triennio rurſus ibidem eligi nequirent: Statutumq; & ordinationem huiuſmodi inuiolabiliter, ac omni tempore tam in capite, quàm in mēbris cuſtodiri mandaſſet: Poſtea verò duodecim egregijs Viris dicti Ordinis Monachis ab ipſo Philippo Rege, facultatis ſibi ab Apoſtolica Sede traditæ vigore, nominatis, poſtq̄ ipſi Diuino præſidio implorato, diu multumq; vnà incubuiſſent, quibus demū rationibus, nondum ſatis tranquillos animos dictorum Religioſorum componerent, ac perpetuam vtrinque pacem ſtabilirent, eademq; opera optimæ diſciplinæ normam inſtruerent, eamq; inuiolatam cuſtodirent: inter alia multa, quæ pro communi omnium trāquillitate, dictæq; diſciplinæ inſtitutione, & conſuetudine optima viſa fuerant ab eis ſub beneplacito dictæ Sedis ſtatuta & ordinata; quibus ex anterioribus Statutis, ac Literis prædictis detractis & mutatis, ac etiam illis editis communibus votis ſanciuiſſent: quod electio Abbatis Generalis in Capitulo generali ſingulo triennio celebraretur. Ceterum ad tollenda in præfata Congregatione diſſidia, ꝙ proximo triennio Cōuentus Monaſterij Valliſoleti ex vniuerſo dictæ Cōgregationis grege duos Monachos liberè eligeret, quos ad id munus præſtantes iudicaret, factaq; huiuſmodi electione, Cōgregatio per ſecreta ſuffragia alterū ſic electorum aſſumeret, qui ſibi magis idoneus videretur, iſq; Abbas Generalis, ſimulq; Monaſterij Valliſoleti huiuſmodi eo ipſo eſſet creatus, qui triennio illo perpetuò vtriſque præſideret: ſequenti verò Capitulo generali Congregatio ibidem duos nominaret, quorum alter ſimili modo à Conuentu eligeretur, vt pariter eo triennio Generalis totius Congregationis, & Monaſterij Valliſoleti Abbas eſſet futurus: hic quoq; ordo alternis deinceps triēnijs inter vtroſq; ſeruaretur: Omnes verò iureiurando ante electionem huiuſmodi ſolemniter pollicerentur, ſe eos dūtaxat electuros, quos ad id onus ſubeūdum ceteris præſtare crederēt; ceterum dicti nominati Monachi duodecim perpetuum in hac re ſilētium imponēdo, omnibus quicquam deinceps circa huiuſmodi electionem opponendi, mutandi, aut alterandi viam præciderant. Verum vbi Abbatis Generalis huiuſmodi officium per obitum, vel aliàs infra triēnium vacare cōtigiſſet, Prior Monaſterij Valliſoleti quamprimum Viſitatores generales, ac Diffinitores ſaltem quinque ex propinquioribus ad Monaſterium ipſum Valliſoleti cōuocaret: vt in eo cōſenſu nunquam pauciores ſeptem cōuenirēt, qui ſuffragij ferēdi ius haberent, ſimilem modū, vt in nouiſſimo Capitulo generali ſeruaturi: veluti ſi nouiſſimus Abbas Generalis in ipſo Capitulo generali à Cōuentu prędicto Valliſoleti electus fuiſſet, ibi rurſus Cōuentus ipſe duos, quemadmodum in præcedēti

§. 4. (beside "ſerat, miniſtraret … prædi-")
§. 5. (beside "cuſtodiri mandaſſet")
§. 6. (beside "uentus Monaſterij Valliſoleti")
§. 7. (beside "infra triēnium vacare")

electione Capitulari nominaret, quorum alterum Viſitatores,& Diffinitores eo cõgregati in nomine Abbatem Generalem & Monaſterij Vallisoleti huiuſmodi votis ſecretis eligerent; ac viciſſim ſi in eo nouiſſimo Capitulo generali talis electio à dicta Cõgregatione facta fuiſſet, ibi demum nominatio duorum ad eoſdem Diffinitores,& Viſitatores,aſſumptio verò in huiuſmodi Abbatem ad Conuentum prædictos, forma prædicta ſeruata, pertineret; talis porrò electus, & ſurrogatus præſtito iuramento, cæterisq; prædictis ſeruatis, vſq; ad proximum generale Capitulum plenè in vniuerſum adminiſtraret; qui & in ipſo generali Capitulo in futurum triennium nominari, & eligi poſſet,quandocũq; prædicta vacatio poſt annum cum dimidio, quam defunctus in Capitulo generali aſſumptus fuiſſet contingeret: Ceterum quicquid impendi hac in re Viſitatoribus, & Diffinitoribus opus eſſet, id omne Congregatio prædicta ſuppedi-
§. 8. tare deberet: dictus autẽ Prior Monaſterij Vallisoleti huiuſmodi à die vacationis prædictæ vſq; ad noui Abbatis Generalis electionem in generali Capitulo præſideret: Ab-
§. 9. bates verò ceterorum Monaſteriorum Congregationis huiuſmodi per ſuos Monachos ad ſex annos eligerentur, eorumq; electio huiuſmodi per Abbatem Generalem confirmaretur,niſi vitium perſonæ infirmationem poſtulaſſet; Sed ſi ante huiuſmodi ſex annos in Capitulo generali legitimè conſtitiſſet, quem ex dictis inferioribus à Generali Abbatibus contra Canones,& regularia dicti Ordinis Inſtituta deliquiſſe, tũc demum Capitulum ipſum generale liberam tribueret Monachis illius Conuentus facultatem alium in Abbatem eligendi, qui ſic electus reliquum ſex annorum tempus Monaſterio deberet præſidere: In Domibus verò, & Monaſterijs quæ Collegia Monachorũ dicti Ordinis habent, Abbates quoq; & alij Prælati ad idem tempus ſex annorum, ſed in Diffinitorio generalis Capituli eligerentur,& vacationi illorum interim quoquo modo occurrente, Abbas Generalis & duo Diffinitores ad alium Abbatem iuxtà eã Conſtitutionem, ſeu prolatum, quæ Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſe-
§. 10. xageſimo ſecundo, edita reperitur, ſurrogarent: Idem Pius V. Prædeceſſor ſupplicationibus Philippi Regis, & Abbatis, ac Conuentus, necnon Congregationis huiuſmodi in ea parte inclinatus, poſteriora Statuta, ordinationes,& decreta ab eiſdem duodecim Monachis benè & prudenter edita, necnon prout illa cõcernunt omnia, & ſingula in Literis Pij III. Prædeceſſoris ac Inſtrumentis, ſcripturis, & documentis deſuper confectis contenta, & inde ſequuta quæcũque, aliaq; præcedentia in quantũ illa temporibus poſterioribus contradicere, aut eorum effectum quoquo pacto impedire poſſent,illis omnibus aliàs in ſuo robore permanentibus,caſſando,annullando,& viribus omninò euacuando, Apoſtolica auctoritate perpetuò approbauit,& cõfirmauit; illisq; perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiecit, ac omnes, & ſingulos Iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem,ſuppleuit: Abbatemq;,& Conuentum Monaſterij Vallisoleti, huiuſmodi,ac Congregationem præfatos, ceterosq; oẽs & ſingulos, quorum intererat, aut quomodolibet intereſſe poſſet, ad obſeruationem omnium & ſingulorum præmiſſorum omninò teneri, nec ab illis, vel aliqua eorum parte vllo vnquam tempore, ex quauis etiam rationabili cauſa, etiam in Capitulo generali propoſita, & declarata,citra Romani Pontificis,pro tempore exiſtentis,auctoritatem, & conſenſum Motu proprio, & cauſa maturè diſcuſſa, ac dictæ Congregationi neceſſaria præſtitum reſilire ſeu recedere: Quinimò pro illorum obſeruatione cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ceterisq; Iuris & facti remedijs opportunis, & per executores deſuper delegandos,arbitrio ſuo adhibendis compelli, nec ſuper quacũq; ratione reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminos iuris, & quoduis aliud iuſtitiæ vel gratiæ remedium, impetrare, aut etiam ab alio vel alijs impetrato, aut etiam motu ſimili

con-

Digitized by Google

conceſſo,vti poſſe:prædictaq́;omnia,& ſingula,ac eaſdem Literas,vt nullo tempore vio lari,vel infringi, nec ſurreptionis,obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis dicti Pij III. Prædeceſſoris,alioue quopiã defectu notari,ſiuè argui poſſe:nec illa ſub quibuſuis ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus,ſuſpẽſionibus, modificationibus,limitationibus, & derogationibus, etiam per eundem Pium III. & ſucceſſores ſuos,ac Sedem prædictam, etiam intuitu,contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris,Regum,Reginarum,Ducum,aut aliorum Principum,aut Motu ſimili,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,ſub quibuſcũq; tenoribus,formis,ac cum quibuſuis clauſulis,etiam vim contractus,aut legis,ſeu Statuti perpetui inducentibus,decretis,aut aliàs quomodolibet conceſſis,& concedendis comprehendi, nec illis per Sedem prædictam, aliàs quam vt præfertur,derogari,aut derogatum cenſeri poſſe,etiam ſi de toto tenore, & datis earumdem Literarũ mentio habita, & derogatio, ſuſpẽſio,limitatio,reuocatio, aliaq; prædicta de Congregationis,& Conuentus prędictorum expreſſo conſenſu facta eſſent : & nihilominus ſi derogari, reuocari, ſuſpendi, & limitari contigiſſet, huiuſmodi derogationes,ſuſpenſiones,limitationes,reuocationes, aliaq; prædicta nullius eſſent roboris,vel momenti ; ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties emanaſſent,toties in priſtinum,& validum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas eſſe, & cenſeri decreuit: prout in prædictis,ac eiſdem Pij V. Prædeceſſoris Literis, & Inſtrumentis, documẽtis; aliiſq; ſcripturis deſuper confectis, plenius dicitur contineri. Cum autem ſicut exhi- §. 11.
bita nobis pro parte Philippi Regis,ac Conuentus,necnon Congregationis huiuſmodi petitio continebat, licet forma electionis Generalis Abbatis, & reliquorum Abbatum in Statutis,& Literis prædictis contenta,ſeruata hactenus inuiolabiliter extiterit; nihilominus cum verum efficax docuerit experientia, neque exinde optatę pacis exitum rem conſequutam fuiſſe ; nec Abbates, nec alios Congregationis finem conquerendi feciſſe ex eo, quia liberè ſibi ius eligendi Generalem Abbatem minimè daretur: è contra verò,Conuentũ Monaſterij Valliſoleti hũodi ſe ante dictũ annum 1550. abſq; Cõgregationis interuentu,ſeuſuffragijs Abbatẽ Gñalem eligere olim cõſueuiſſe,ac reliquorũ dicti Ordinis Monaſteriorum in dictis Regnis exiſtentium Caput ſemper extitiſſe, & extare, & ab eo tamquã Capite eorũdem reformationem,& ad veram Monaſticę diſciplinę obſeruationis reductionem aliàs emanaſſe ; & ex his, alijſque de cauſis ad ipſũ electionem huiuſmodi expectare contendunt; pro parte Philippi Regis Conuentus, ac Congregationis huiuſmodi nobis fuit humiliter ſupplicatum : quatenus eis in pręmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos vt iam tandem diſſenſionibus, & paſſionibus modus imponatur, & illarum etiam præcludatur occaſio, ac quo Monachi promptius,ac quietius in odorem ſuauitatis, & pacis ſuum poſſint debitum Altiſſimo impendere famulatum,prouidere cupientes; ac Philippum Regem, ac ſingulas perſonas Monaſterij Valliſoleti, & Congregationis huiuſmodi, à quibuſuis excõmunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occaſione,vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes; necnon literas Inſtrumentorum,documentorum, & ſcripturarum tenores,etiam veriores,præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium perpetuo §. 12.
ſtatuimus, & ordinamus : Quòd de cetero in primo Capitulo generali præſentis Anni Milleſimi Quingenteſimi Nonageſimiſecundi, Deo dantę, iniendo, & celebrando, & deinceps perpetuis futuris temporibus, Abbates, & Priores Congregationis prædictæ, ac reliqui votum in eodem Capitulo habentes, liberè, & abſque eo, quòd Monachi di-

B cti

cti Monaſterij Valliſoleti (Capitularibus tamen exceptis) ſuffragia ferant, Abbatem Generalem dictę Congregationis, ex gremio ipſius Congregationis eligant; iſque Abbas Generalis, ſic creatus, vt pręfertur, Abbas in ſimul particularis ſit, prout nunc eſſe conſueuit, dicti Monaſterij Valliſoleti: dummodo in ea prima electione pręſentis Milleſimi Quingenteſimi Nonageſimiſecundi, vt pręfertur, facienda, quem ex vniuerſa ipſa Congregatione duxerint meliorem, iuxtà dicti Ordinis Regulam, & conſtitutiones, quę nunc in viridi ſunt obſeruantia, in Abbatem Generalem ad triennium futu-
§. 13. rum eligant; quo finito, ſimili modo Abbates, & alij prędictę Congregationis ſucceſsiuè ad aliud triennale tempus immediatè ſequẽs pręcisè vnum Monachum profeſſum in dicto Monaſterio Valliſoleti, iuxtà Regulę, & conſtitutionum pręfatarum diſpoſitionem, quem etiam magis idoneum iudicarint (Monachis ipſius Monaſterij; qui Capitulares non ſint, ſuffragia pariter in eo non conferentibus) in eiuſdem Monaſterij Valliſoleti Abbatem, & Congregationis Generalem eligere teneantur: atque is ordo alternis deinceps triennijs omni tempore ſeruetur: vno videlicet ex gremio Congregationis, altero triennijs, vnus ex profeſsis in Monaſterio Valliſoleti huiuſmodi, qui ceteris prę-
§. 14. ſtantes, & digniores iudicati fuerint, vt pręfertur, eligantur. Et quia hactenus Monachi dicti Conuentus in huiuſmodi Generalis electione ſuffragia ſemper tulerunt, ea in poſterum neutiquam ferre poſsint; ſed Congregatio ipſa liberam habeat eligendi poteſtatem; quę ſingulis quoque triennijs vnum in dicto Monaſterio Valliſoleti profeſſum ex ijs, qui in ipſo Monaſterio Valliſoleti, cum in eo Capitulum celebratur deguerint, ſeu ipſi Capitulo interfuerint, in Diffinitorem, ex octo qui eliguntur, ſemper eli-
§. 15. gat: Cumque hactenus reliquorum Monaſteriorum Abbates per ſuos quoſque Conuentus eligi, ſeu aſſumi conſueuerint, de cetero ipſorum Abbatum officia primo proximo Capitulo pręſentis Anni Milleſimi Quingenteſimi Nonageſimiſecundi, vt pręfertur, celebrando, ac omni deinceps tẽpore in vnoquoque Capitulo vacare cenſeantur: & Abbas Generalis, ac Diffinitores nouiter in dicto Capitulo electi tantummodo ipſos eligant Abbates: Saluis tamen ordine, ac modo in Monaſterijs ſeu Domibus, quę Filiationes habent, circa ipſarum Filiationum prouiſiones ſeruari ſolitis, & conſuetis,
§. 16. qui nullatenus mutentur: ſed in ſuis ſtatu & forma firmiter remaneant; & abſque pręiudicio concordię initę, & quę nunc ſeruatur in Monaſterio Sanctę Marię de Monteſerrato dicti Ordinis Viceñ Diœceſis, quo ad alternatiuam nominandi, & eligendi Abbatem: cuius, prout etiam ceterorum Monaſteriorum Abbatum electio, licet in Diffini-
§. 17. torio fieri debeat, alternatiuè tamen regula neutiquam immutetur. Quo verò liberius ac rectius in huiuſmodi Abbatum electionibus procedatur, Diffinitores voto paſsiuo careant; & in Capitulo in Abbates eligi nequeant, niſi caſu, quo interim aliquis Abbas viam vniuerſę carnis ingrederetur, tunc enim pro illo reſiduo tempore, vſque ad trienij finem in Abbatis defuncti locum aliquem ipſorum ſurrogari, ſeu eligi fas ſit.
§. 18. Ceterum pro premiſſorum omnium firmitate, & validitate Congregatio, necnon Conuentus Monaſterij Valliſoleti huiuſmodi cum primo proximo Capitulo pręſentis anni Milleſimi Quingenteſimi Nonageſimiſecundi celebrando, tum initio cuiuſque Capituli generalis, omnes iureiurando polliceantur ſe omnia & ſingula quęuis circa Generalis, Abbatis, & Diffinitorum electionem continentur, inuiolabiliter, & omni tempore ſeruaturos; Quòd ſi eorum aliquis iurare recuſarit, aut præmiſſa non ſeruarit, à Capitulo excludatur, ac voto & ſuffragijs tàm dandis, quàm habendis ipſo facto perpetuò
§. 19. priuatus exiſtat; Si verò aliqua ipſarum partium aliquid de præmiſſis, & circa ea immutari, ſeu alterari tentauerit; ſi Congregatio fuerit, Conuentus ſolus & inſolidum liberam habeat poteſtatem eligendi Abbatẽ Generalem: ſi verò Conuentus huiuſmo-

Digitized by Google

di in culpa fuerit, tunc eo caſu ius eligendi huiuſmodi liberè, ac nulla habita ratione, quod profeſſus ſit in ipſo Monaſterio Valliſoleti,ad Congregationem deuoluatur. Quæ §.20.
omnia, vt præfertur, per nos ſtatuta & ordinata,à generali Congregatione, Conuentu Monaſterij Valliſoleti,Abbatibus,Prælatis, & Monachis,omnibusque alijs, & ſingulis ad quos ſpectat, & pertinet,aut ſpectabit, & pertinebit quomodolibet in futurum, ac perpetuis futuris tẽporibus perpetuò firmiter & inuiolabiliter obſeruari debere, neque eorum quemquam ab eis nullo vnquam tempore, ſub quouis prætextu, occaſione, vel cauſa, ſeu quæſito colore, ex quauis etiam rationabili cauſa reſilire, ſeu recedere poſſe; ſed ad ipſorum omnium obſeruationem perpetuò obligatos forẹ & eſſe: & ad id etiã per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, ac ſuffragiorum, & officiorum priuationem, ceteraque Iuris, & facti remedia opportuna, omni & quacunque appellatione,reclamatione, & recurſu poſtpoſitis, cogi & compelli poſſe: nec ſuper his relaxationem Iuramenti, aut in integrum reſtitutionem impetrari, aut impetratis vti, ſeu præſentes literas de ſubreptionis vel obreptionis vitio,aut intentionis noſtræ,ſeu quouis alio defectu §. 21.
argui, vel impugnari poſſe, volumus; ſicque & non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios,quauis auctoritate fungentes,etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,& S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere; ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum,& inane decernimus. Non obſtantibus præmiſsis:necnon præfatis Pij V. Prædeceſſoris Literis,ac quibuſuis Apoſtolicis necnon in Prouincialib.& Synodalibus Concilijs editis,generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationib. ac Monaſteriorum,Congregationis,& Ordinis pręfatorum Iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, priuilegijs quoque,indultis & Literis Apoſtolicis ijſdem Monaſterijs Congregationi & Ordini,eorumque Abbatibus,Prẹlatis,Conuentibus,Superioribus,& perſonis per quoſcumque Romanos Põtifices Prẹdeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam,ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & cum quibuſuis derogatoriarũ derogatorijs,alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis ac irritañ. & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac etiam Motu proprio, necnon conſiſtorialiter, & alias quomodolibet conceſsis, ac etiam iteratis vicibus innouatis: quibus omnibus, etiamſi de illis,eorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęuis alia expreſsio habenda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, dat. formas, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, ac forma in eis tradita obſeruata,inſerti forent,pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, in quantum præmiſſis contradicant,illis alias in ſuo robore permanſuris,ſpecialiter & expreſsè derogamus,ceteriſque contrarijs quibuſcumq. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis,Statuti,ordinationis, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimoprimo Kalendis Martij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Commiſsio eiuſdem S. D. N. vt in Regeſtro. fol. 25.

P. S. te A multis annis citra Abbas, & Monaſterium S.Benedicti Valliſoleti cœperunt Reformationis præeminentias, prærogatiuas, & antelationes in Monachos,& totam Congregationem Ordinis eiuſdem S.Benedicti Hiſpaniarum:nec non libertatem eligendi Generalem,& alios Miniſtros eiuſdem Congregationis,tàm actiuè quàm paſſiuè,contra Canonicas ſanctiones,& Regulam S.Benedicti,tollendo,& opprimendo in grauiſsimum damnum, & deſtructionem Monaſticæ diſciplinæ:in quibus, vt diutius ſe confouere potuiſſent, curarunt dictas vſurpationes nonnullis literis,ſeu Breuibus diuerſorum Summorum Pontificum cõtra alios eorumdem,& aliorum Summorum Pontificum S. V. Prædeceſſorum ſubreptitiè, & obreptitiè extortis,colorare; propter quarum ſubreptiones,& obreptiones cum ſimultates, oppreſsiones,differentiæ, & lites non ceſſaſſent, præinſertas literas à S. V. dicti Fratres Monaſterij Valliſoleti nouiſsimè extorſerunt cum falſa narratiua : quòd procedebant ad ſupplicationem dictę Congregationis:in quibus de cetero in Capitulo tunc de anno 1592.celebrando Congregatio eligeret pro illo triẽnio Monachum ex gremio totius Congregationis in Abbatem Monaſterij S.Benedicti Valliſoleti, & Generalẽ totius Congregationis:& quod in vltimo triennio immediate ſequeñ. eadem Congregatio teneretur præcisè eligere in Abbatem dicti Monaſterij Monachum Profeſſum in eodem Monaſterio Valliſoleti, & hoc alternatis triennijs,& vicibus ſeruari perpetuis futuris temporibus debere:& quod vnus Diffinitor ex octo Diffinitoribus sẽper eligi deberet Monachus ex profeſsis eiuſdem Monaſterij, & alia ad commodum, & vtilitatem Monachorum Profeſſorum in eodem Monaſterio Valliſoleti tendentia, in maximum præiudicium ac ruinam,& detrimentum totius Religionis, & pacis; ex quibus multo maiores ſimultates,diſſenſiones, & oppreſsiones oriuntur. Ideo vt huiuſmodi prętenſæ pręeminentiæ,& omnia alia,quę ſunt contra libertatem dictæ Congregationis, & vt omnes controuerſiæ, & contentiones, quæ inter dictam Congregationem, & dictum Monaſterium Valliſoleti ſupra dictis prætenſis præeminentijs, & alijs in dictis literis Apoſtolicis contentis, rebusque alijs in actis cauſæ,& cauſarum huiuſmodi latius deduceñ.dirimantur, & terminentur, & vt Monachi totius Congregationis in pace,obſeruantia regulari, & obedientia etiã Sedis Apoſtolicæ viuant, Congregatio prædicta ſupplicat humiliter S.V. quatenus dignetur,præuia aperitione oris,aduerſus prædictas præeminentias, literas, & alias quaſcumque per S. V. & quoſcumque alios Pontifices S. V. Prædeceſſores quomodolibet conceſſas, quorum tenores &c. ac præuia relaxatione ab omnibus & quibuſcumque Iuramentis,quomodolibet præſtitis,& forſan pluries reiteratis tàm per ipſam Congregationem, quàm per Monachos vti ſingulos, ac etiã præuia abſolutione à quibuſcumque periurijs quomodolibet forſan incurſis, cauſam, & cauſas, quam, & quas dicta Congregatio habet,habereque vult, & intendit contra, & aduerſus Monachos,& Cõuentum Monaſterij Valliſoleti de, & ſuper præmiſsis,ac rebus alijs &c. cum omnibus ſuis incideñ.dependeñ.emergeñ. annexis, & connexis, totoque negotio principali coniunctim,vel diuiſim S.R.E. Cardinalibus Burgheſio, & Arigonio in Curia commorañ. audieñ. cognoſceñ. decideñ. fineque debito terminañ. ſummarie ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, & nullis penitus ſeruatis terminis ſubſtantialibus,in Iudicio ſeruari ſolitis,vnica ſentẽtia, ac quibuſcumque appellationibus,prouocationibus,reclamationibus,ſupplicationibus,recurſibus,ac alijs remedijs ordinarijs,& extraordinarijs penitus,& omnino remotis, ac poteſtate prædictos Monachos, & Conuentum Valliſoleti,omnesque alios &c. citañ. illiſque,ac quibus &

quoties

Digitized by Google

quoties opus fuerit ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniarijs &c. eius arbitrio infligeñ. pœnis, inhibeñ. contradictores & inobedientes quoſcumque in cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe, ſeruata forma Sacri Concilij Trid. declarañ. illasque aggrauañ. reaggrauañ. interdiceñ. inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, & alijs facultatibus neceſſarijs & opportunis: præmiſſis, ac præinſertis literis & decretis, & alijs literis, vt prætenditur, quomodolibet conceſsis, eaſdem clauſulas & decreta etiam forſan fortiora habentibus, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ſtilo Palatij Curiæ, ceteriſq; contrarijs non obſtañ. quibuſcumque ſtatum &c. tenores &c. pro ſufficienter expreſsis habeñ.

De mandato D. N. Papę audiant prædicti Reuerendiſsimi DD. Cardinales, citent, inhibeant etiam ſub cenſuris, & pœnis, declarent, aggrauent, procedant ſummarie, &c. ac omni, & quacumque appellatione remota, vt petitur.

Placet Hi.

Bulla Clementis VII. de Anno 1390. de Fundatione Monaſterij Sancti Benedicti Valliſoletan. vt in Bullario, fol. 66.

Clemens Epiſcopus &c. Grata deuotionis ſinceritas, quam chariſsimus in Chriſto filius noſter Ioannes Caſtellæ & Legionis Rex illuſtris ad nos, & Romanam Eccleſiam habere dignoſcitur, digne nos incitat, & inducit, vt &c. ad exauditionis gratiam admittamus. Sanè oblata nobis pro parte ipſius Regis petitionis ſeries continebat: ꝙ ipſe piæ deuotionis, & ſinceritatis feruore ſuccenſus &c. ad laudem diuini nominis quoddam Monaſterium &c. Monachorum nigrorum Ordinis Sancti Benedicti volentium, vltra eiuſdem Sācti Benedicti Regulam, ſe ad perpetuam recluſionem obligare, in aliquo loco Regni ſui fundare, & ędificare &c. proponit &c. Nos itaque &c. Fraternitati veſtræ &c. committimus & mandamus, quatenus &c. eidem Regi fundādi &c. huiuſmodi Monaſterium &c. licentiam concedatis: & poſtquam fundatum, dotatum, & ædificatum fuerit, in eo certum numerum Monachorum dicti Ordinis, qui inibi Domino perpetuò ſeruiant in diuinis, cum illis modis, formis, & conditionibus, quos dictus Rex in hoc duxerit apponendos &c. ſtatuatis &c. N. 2.

Bulla Martini V. de Anno 1428. committens Monaſterio Valliſoletan. reformationem, & ædificationem aliorum Monaſteriorum ſui Ordinis. vt in Bullar. fol. 74.

Martinus Epiſcopus &c. Dilectis filijs Priori, & Conuentui Monaſterij Sancti Benedicti de Valle Oleti &c. Sanè pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio cōtinebat: quòd licèt Prior Conuentualis, ac omnes, & ſinguli Monachi, & Conuerſi Monaſterij &c. ſecundum eiuſdem Monaſterij conſuetudinem &c. profeſſionem emittunt &c. perpetuam inibi ſeruare clauſuram: tamen nonnunquam pro neceſſitate vel vtilitate &c. Quare pro parte veſtra &c. Nos igitur &c. Cum Priore Conuentuali, & ſucceſſoribus ſuis, ac omnibus & ſingulis Monachis &c. necnon ad fundationem, & reformationem quorumcumq; dicti Ordinis Monaſteriorum, Prioratuum, & Grangiarum faciendam &c. necnon electi, ſeu poſtulati, aut prouiſi, vt Monaſteriorum, Prioratuum, ſeu Grangiarum, aut Eccleſiarum regiminibus pręficiantur &c. exire licitè valeant auctoritate Apoſtolica &c. diſpenſamus, eiſque ſuper ijs licentiam elargimur &c. N. 3.

Bulla

Digitized by Google

Bulla Eugenij IV. de Anno 1436. Concedens Monaſterio Valliſoletano iuriſdictionem ſuper alia Monaſteria ab eo ædificata, & reformata, ſeu reformanda, & ædificanda, vt in Bullario fol. 85.

N. 4. §. 1. EVGENIVS Epiſcopus &c. Venerabili fratri Epiſcopo Abulen. &c. Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Conuentus Monaſterij S. Benedicti Valliſoleti &c. nobis nuper exhibita petitio continebat: quod olim per nos, & anteà per fe. re. Martinum Papam V. &c. ac quon. Petrum de Luna in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, Benedictum 13. nuncupatum &c. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, licèt Prior et Conuentus prædicti pro honeſtate, & incremento Religionis dicti Ordinis, in illis partibus per aliquos ex ipſius Monaſterij Monachis, Religioſis, ac perſonis S. Claudij extra muros Legionen. & S. Ioannis Baptiſtæ extra muros Burgen. reformauerint, & ad regularem obſeruãtiam, ſub voto incluſionis, reduxerint; necnon B. Mariæ de Conſolatione loci de Calabazanos, & S. Marię de Miſericordia de Fromeſta Ordinis, & Diœceſis eorũdem, Monaſteria de nouo ſub dicta obſeruantia cõſtruxerint, ſeu fundauerint: etiam quamplura ex bonis ipſius Monaſterij S. Benedicti, vt libros, pecunias, ornamenta, & alia iocalia eiuſdem Monaſterij cõferendo, ſiue donando; ac ſolerti cura alia eiuſdem Ordinis ad obſeruantiam huiuſmodi, & noua conſtruere, ſiue fundare, quærant; reformata quoq; pro tempore, & de nouo cõſtructa, ſiue fundata Monaſteria, pro maiori ipſorum parte, membra dicti Monaſterij S. Benedicti ſint, & eſſe cenſeantur: ac tam ex voluntate huiuſmodi Monaſteria, ſiue loca à principio dotantium, ſiue concedentium, ac reformari, ſiue fundari volentiũ, quàm aliàs etiam ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ, illi ſint, & erunt ſubiecta; & propterea perſonæ reformatorum, ac de nouo conſtructorum, ſiue fundatorum pro tempore Monaſteriorum, cenſeri debeant perſonæ ipſius Monaſterij &c. Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Caſtellæ, & Legionis Regis Illuſtris nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac Conuẽtus, & Prioris prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs vos, vel alter veſtrum, ſi, & poſtquàm tàm noſtris, quàm Martini Prædeceſſoris, & Benedicti Literis huiuſmodi diligenter inſpectis, per earum inſpectionem vobis apparuerit, illas fore legitimas, & quauis ſuſpicione carere: ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus, reformationes, fundationes, erectiones, donationes, ac etiam virtute priuilegiorum, & gratiarum huiuſmodi prætextu prælibatæ conceſſionis fact. abſolutiones, & diſpenſationes, habilitationes, promotiones, ordinationes, omiſſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, ac alia, & ſingula in præmiſſis, vel circa ea, etiam pro tempore, fact. approbare, & confirmare, ſupplereq; omnes defectus Iuris, ſolemnitatum, & facti, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, auctoritate noſtra curetis. Nos enim ſi approbationem &c. Apoſtolica autoritate &c. concedimus pariter, & decernimus, quod omnia, & ſingula conceſsiones &c. ac quæcũq; alia prædicti Monaſterij S. Benedicti, ſiue illius Monachis quomodolibet conceſſa, ad omnia alia, & ſingula prædicta, ac alia, quæ in poſterum reformabuntur, & de nouo conſtruentur, eiq; aggregabuntur, vel ſubijcientur Monaſteria, & ipſorum membra, illorumq; Prælatos, ac perſonas, ac viſitantes integrè, & plenariè ſe extendant; ipſaq; ſupradicta, & quæ reformabuntur, conſtruentur, aggregabuntur, & ſubijcientur Monaſteria, & membra, Prælati, perſonæ, & viſitan. illis omnibus, ac ſingulis vti, frui, & gaudere poſsint, & debeant, &c.

Bulla

Bulla Eugenij IV. de anno 1438. concedens Monaſterio Valliſolet. Iuriſdictionẽ plenariã ſuper alia Monaſteria &c. vt in Bull. fol. 96.

B. me Pater. Pro maiori ipſius obſeruantia, & conſeruatione, & dilatatione Priori, ſiue Superiori pro tempore S.Benedicti prædicti, vt ipſe cum duobus Monachis, ſiue Religioſis, aut alij idonei &c. de conſilio Seniorum, aut maioris, ſiue ſanioris partis Conuentus &c. ſemel ad minus quolibet anno ad omnia dicta Monaſteria S.Benedicti nunc ſubiecta, & quæ in futurum ſibi ſubijci cõtingant, vel ad eius viſitationem ſpectent Monaſteria, ſiue loca perſonaliter accedant; ac Deum præ oculis habẽdo, illa in Capite, & in membris, ac in ſpiritualibus & temporalibus viſitent; exceſſus quoq; defectus, & crimina corrigant, puniant, & emendent; necnõ debitæ reformationis, & viſitationis officium in eiſdem Monaſterijs impẽdant &c. & ad ſtatum debitum ſingula deformata, ſi qua repererint, reforment, reſtaurent, & reducant; ac vt præfertur, ad videñ. aliqua Monaſteria reformanda, ſiue ædificãda, ſiue loca pro eiſdem fundandis &c. accedant toties quoties Priori, & Conuentui dicti Monaſterij &c. huiuſmodi caſus ſe offerant &c. ꝙ ea velint recipere, reformare, aut fundare, ſiue de nouo erigere &c. licentiam, & facultatem concedere, & indulgere, ac ſuper præmiſsis, & ſingulis miſericorditer Apoſtolica auctoritate, prout expediet, diſpẽſare dignemini &c. Conceſſum, vt petitur, de omnibus: quamdiù vixerint in obſeruantia regulari &c. §. 2.

Bulla Nicolai V. de anno 1452. concedens Superiori Monaſterij Valliſoletañ. facultatem mutandi Monachos, etiam inuitos, de vno Monaſterio ad aliud. vt in Bullario fol. 114.

Nicolaus Epiſcopus &c. Dilectis filijs Priori, & Cõuentui S.Benedicti de Valleoleti &c. Dudum ſiquidem fę. re. Eugenius Papa IIII. Prędeceſſor noſter chariſsimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Caſtellæ, & Legionis Regis Illuſtris, ac veſtris in ea parte ſupplicationibus inclinatus &c. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati; ꝙ tu fili Prior, & ſucceſſores tui Priores dicti Monaſterij S.Benedicti, qui erunt pro tempore, cum conſilio illorum, qui tibi, fili Prior, aſsiſtere conſueuerunt, & ſucceſſoribus prædictis aſsiſtent in gerendis negotijs, nõ modo S.Benedicti, & B.Mariæ Monaſteriorum prædictorum, ſed quorũcũq; aliorum Monaſteriorũ, Prioratuum, & locorum Ordinis, & obſeruantiæ eorũdem, ac dicto Monaſterio S.Benedicti ſubiectorum, & quæ in poſterum ſubijcientur, quoſcũq; Religioſos ad prædicta, necnõ ad quæcũq; alia Monaſteria, Prioratus, ſeù loca, pro illorũ viſitatione, ſeu reformatione, aut inibi dirigeñ. obſeruantia regulari, aut ordine & directione Diuini cultus, aut ipſorum conſeruatione, etiam inuitos, dirigere, & tranſmittere, necnon ad ipſa priora Monaſteria, Prioratus, ſeu loca reuocare liberè, & licitè poſsis, & poſsint. Quodq; ſic directi, tranſmiſsi, & reuocati tibi, fili Prior, & ſucceſſoribus prædictis in præmiſsis parere, & obedire teneantur &c. N. 5.

Bulla Pij II. de anno 1458. concedens Monaſterio Valliſoletano facultatem vniendi ſibi alia Monaſteria. vt in Bullario fol. 118.

Pius Epiſcopus &c. Dilecto filio Priori, & Conuentui Monaſterij S.Benedicti Valliſoleti &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat &c. N. 6.

vt vnio-

vt vnionem,annexionem,& incorporationem huiuſmodi fieri mandari, aliàsq; in præmiſsis opportunè prouidere &c. dignaremur. Nos itaq; &c. Vobis,de quorum prouidentia,& circumſpectione plenam in Domino fiduciã obtinemus, ſi eſt ita,duo vel tria Monaſteria,ſiue domos dicti Ordinis &c. vniendi,annectendi, & incorporandi,&c. plenam,& liberam,tenore præſentium,concedimus facultatem.&c.

Bulla Pauli II. de anno 1466. concedens Monaſterio Valliſoletañ. vt eius Superior ſit triennalis, & vt electus à Conuentu, ipſo facto ſit confirmatus,& vt cõgreget Cap. gñale ſuo libito. vt in Bull. f. 119.

N. 7. §. 1. PAulus Epiſcopus &c. Sanè pro parte dilectorum filiorum Aluari de Cigales Prioris, & Conuentus Monaſterij S. Benedicti de Valleoleti &c. Nobis nuper exhibita petitio continebat: Quòd dudum ipſi conſiderantes occaſione perpetuitatis Prioris dicti Monaſterij,qui non temporalis,ſed perpetuus exiſtebat &c.damna quamplurima tam prædicto, quàm alijs Monaſterijs ab eo dependentibus, quorum Prior ipſe Caput exiſtit, ſæpenumerò eueniebant; ad obuiandum &c. pro eorum pace &c. defuncto quondam Ioanne Gomiel vltimo Priore dicti Monaſterij, conuenientes in vnum,ſtatuerunt: ꝙ de cetero Prior ipſe ſit triennalis: & facto huiuſmodi Statuto,eorumq; Iuramento firmato,ex tunc Aluarum modernum Priorem dicti Monaſterij in triennalem eiuſdem Priorem concorditer elegerunt. &c. Quare pro parte tam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Caſtellæ,& Legionis Regis Illuſtris &c.quàm Venerabilis fratris noſtri Ioannis Epiſcopi Sabineñ. qui ad prædictum Monaſterium, illiusq; Religioſos,propter illorum vitæ ſanctimoniam, plurimùm afficiuntur, nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt prædicto Statuto,pro illius ſubſiſtentia firmiori,robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliasq; fęlici regimini, & gubernationi dictorũ Monaſteriorum opportunè prouidere &c. dignaremur. Nos igitur &c. Regis,& Epiſcopi huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statutum ipſum, & inde ſecuta quæcũq; auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, & approbamus:ac prædictum Statutum perpetuis futuris temporibus obſeruari mandamus.

§. 2. Et nihilominus eiſdem auctoritate, ac tenorè perpetuò ſtatuimus, & ordinamus; ꝙ Prior dicti Monaſterij S. Benedicti de cetero eligendus,pro confirmato habeatur.

§. 3. Et quòd idem Prior ſic electus, & confirmatus, ſimul cum Patribus, & Senioribus prędicti Monaſterij S.Benedicti ſemel,& etiam quandocũq; de ipſorum Pátrum,& Seniorum conſenſu neceſſarium fuerit, generale Capitulum dictorum Monaſteriorũ cõuocare, & in hoc primo Capitulo, qualiter, quando, & per quos viſitari debeat ipſe Prior S.Benedicti in futurum, quòdq; tam in ipſo primo,quàm alijs generalibus Capitulis huiuſmodi omnia,& ſingula ſtatui,corrigi,emẽdari,& ordinari poſſint, quæ vtilia, & rationabilia, ſalubria &c. viderint expedire. Super quibus omnibus & ſingulis Priori Patribus, & Senioribus prædictis plenã & liberã concedimus facultatem.&c.

Bulla Innocentij VIII. de anno 1489. concedens Superiori, & Monaſterio Valliſoletañ. pleniſsimam iuriſdictionẽ ſuper alia Monaſteria: & excommunicans, & priuans priuilegijs, & officijs omnes diſcedentes ab eius obedientia. vt in Bullario fol. 126.

N. 8. §. 1. INnocentius Epiſcopus &c. Inter curas multiplices &c. Et propterea cùm à nobis petitur,& pia Catholicorum Regum &c. vota hoc expoſcunt,libenter interponimus ſoli-

ſolicitudinis noſtræ partes &c. Sanè pro parte dilectorum filiorum Ioannis de Sancto Ioanne Prioris,& Conuentus Monaſterij S. Benedicti &c. nobis nuper exhibita petitio continebat:ꝙ cum nonnulla alia Monaſteria dicti Ordinis partium illarum eidem Monaſterio S.Benedicti pleno iure ſubiecta,& tanquàm membra ab eodem Monaſterio Sãcti Benedicti dependentia ſub obedientia,correctione,viſitatione,& admonitione Prioris eiuſdem Monaſterij S.Benedicti pro tempore exiſtẽtis fore noſcãtur: dictusq; Prior Generalis , & Caput omnium aliorum Monaſteriorum ei ſubiectorum prædictorũ exiſtat:Prior pro tẽpore exiſtens dicti Monaſterij &c. ſeu Viſitatores ad hoc deputati iuxta literarum Apoſtolicarum ſuper hoc dudùm conceſſarum continentiam &c. Priores aliorum Monaſteriorum eidem Priori Generali ſubiectos &c. viſitare : & ipſos, poſtq̃ electi per dilectos filios Conuentus ipſorum Monaſteriorum fuerint,cõfirmare, vel exiſtentibus cauſis legitimis amouere poſſint : quæ quidem viſitatio, & correctio in maximam conſeruationem Monaſteriorum eorumdem , ac obedientiæ Monachorum ipſorum Monaſteriorum tendere dignoſcuntur. Nos igitur cupiẽtes vt viſitatio , & correctio huiuſmodi tempore procedente melius & ſalubrius fieri poſſint , eorũdem Prioris , & Conuentus Monaſterij S.Benedicti in hac parte ſupplicationibus inclinati: necnon conſideratione chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinãdi Regis , & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Eliſabethæ Reginæ Caſtellæ,Legionis, & Aragonum Illuſtrium, quorũ progenitores dicti Monaſterij S.Benedicti fundatores ex eorum pia deuotione fuerũt , ac illud ſufficienter dotarunt , quiq; propterea ad dictum Monaſterium S. Benedicti , eiusq; perſonas ob eorum bonos, & exemplares mores ſingularem gerũt deuotionis affectum,nuper ſuper hoc humiliter ſupplicantium,auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia,tenore præſentium ſtatuimus,& ordinamus.

Quòd in viſitatione huiuſmodi cum Prior dicti Monaſterij &c. & cum eo vnus per Conuentum ipſius Monaſterij eligendus , vel abſq; eodem Priore duo Viſitatores per Priorem & Seniores Monaſterij &c. huiuſmodi, deputandi ſingulis biennijs ad quodcũq; ex Monaſterijs eidem Priori Generali ſubiectis,& ſubijciendis pro huiuſmodi facienda generali viſitatione acceſſerint : ſtatim Prior dicti viſitandi Monaſterij abſolutionem à ſuo Prioratu, quem per biennium, vel quaſi iam tenuerit &c.à Priore,ſeu Viſitatoribus prædictis petat : & ex tunc &c. dictum officium finitum cenſeatur : & finita viſitatione huiuſmodi Conuentus ipſius viſitandi Monaſterij ad electionẽ ipſius Prioris procedant &c.& Prior per eos eligendus per Priorem Generalem,ſeu Viſitatores huiuſmodi confirmetur , eiusq; officium vſq; ad aliam viſitationem generalem , quæ poſt aliud biennium fiet,duret &c. dum tamen Prior per Conuentum eligendus huiuſmodi antequàm per Priorem Monaſterij S. Benedicti , ſeu Viſitatores huiuſmodi confirmetur , obedientiam , & reuerentiam eidem Priori Monaſterij S. Benedicti , & de illa , ac ſtatutis , priuilegijs , & conſtitutionibus dicti Ordinis obſeruandis iuramentum præſtet &c. §. 2.

Quòdq; Cõuentus Monaſteriorum ſubiectorum huiuſmodi aliquam electionẽ Prioris facere non poſsint , niſi tempore viſitationis prædictæ &c. §. 3.

Necnon Profeſsio per Monachos Monaſteriorum dicto Monaſterio S.Benedicti ſubiectorum,& ſubijciendorum in poſterum ſub hac forma deinceps admittatur , & recipiatur, vcȝ: Ego Frater N. promitto ſtabilitatem meam perpetuæ incluſionis , & conuerſionem morum meorum, ac obedientiam coram Deo, & Sanctis eius Priori Monaſterij S.Benedicti de Valleoleti,tanquàm Capiti principali, & deindè vobis &c.cum ſępiùs viſum fuerit nonnullos Monachos profeſſos dicentes ſe non feciſſe profeſsionem in manibus Generalis Prioris,ad alia Monaſteria inuitos transferri non poſſe , aſſeruiſſe,in maximum dicti Ordinis ſcandalum &c. §. 4.

§. 5. Ac Priores Monaſteriorum eidem Monaſterio S.Benedicti ſubiectorum,& ſubijciendorum quando,& quotieſcũq; ad Capitulũ generale, quod in dicto Monaſterio S.Benedicti celebrari conſueuit,vel ad aliquid aliud vocabuntur,dictum Monaſteriũ S. Benedicti locum non tutum allegare, & propterea ſe excuſare, & appellare, ac auxilium ſuper hoc aliquorum ſecularium inuocare non poſsint.

§. 6. Et quia fe: re: Eugenius Papa IIII. &c. conceſsit, quòd Monaſteria eidem Monaſterio S.Benedicti tunc ſubiecta, & ex tunc ſubijcienda &c.gauderent omnibus priuilegijs,& gratijs eidem Monaſterio &c.cõceſsis,etiam ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ Monaſteria ſubiecta, & ſubijcienda huiuſmodi vigore prædictarum Eugenij &c. vel quarũcũq; aliarum literarum Apoſtolicarum eiſdem Monaſterijs, etiam particulariter cõceſſarum,priuilegijs, & gratijs huiuſmodi,niſi ſeruatis obedientia, & ſubiectione ipſius Monaſterij S.Benedicti,& voto perpetuæ clauſuræ,nullatenùs poſsint gaudere:ac Monaſteria,& loca dicto Monaſterio &c. ſubiecta,& ſubijciẽda illorumq; perſonæ,etiamſi minori numero duodecim perſonarum exiſtant, dum in obedientia & ſubiectione huiuſmodi perſtiterint,ſpiritualibus,& tẽporalibus gratijs,& priuilegijs,indultis,& exẽptionibus quibuſcũq; &c. perpetuò vti, & gaudere valeant. Priuilegia verò gratias, & indulta Monaſterijs,vt præfertur ſubiectis,& ſubijciendis huiuſmodi per Sedem prædictam &c. etiam Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac cum quibuſuis clauſulis etiã derogatoriarum derogatorijs,& talibus,ꝙ illis non niſi ſub certis inibi expreſsis modo, & forma derogari, aut illa reuocari non poſsint,contra obedientiam, & ſubiectionẽ Prioris S.Benedicti,& incluſionem huiuſmodi conceſſa,illa ſufficienter pro expreſsis habẽtes, penitùs & omninò reuocamus, & pro infectis habemus.

§. 7. Quodq; per eadem Monaſteria,vt præfertur ſubiecta, & ſubijciẽda,illorumq; perſonas aliquæ gratiæ,exemptiones,priuilegia,aut indulta à dicta Sede,niſi petita & obtenta licentia Prioris Monaſterij S. Benedicti huiuſmodi, impetrari non poſsint: ac aliàs impetrata, ſeu Motu proprio conceſſa, nulla, nulliuſq; roboris vel momenti fuiſſe, & eſſe:& illa petentes,& procurantes, aut iam habita, & impetrata dicto Priori S.Benedicti exhibere,in termino eis præfixo,renuentes,necnon procurantes perſonalem,vel realem exemptionem ab obedientia,& ſubiectione Monaſterij S.Benedicti,illiuſq; Prioris huiuſmodi, & non petentes abſolutionem à Prioratibus in viſitationibus, & Priores eandem formam profeſsionis in Monachis profitendis non obſeruantes,excõmunicationis, & priuationis omnium dicti Ordinis Dignitatum, officiorum, beneficiorum, ac inhabilitationis ad alia in poſterùm obtinenda pœnas,à quibus non niſi à dicto Priore abſolui poſsint,eo ipſo incurrant &c.

§. 8. Necnõ ſubiectiones, & reformationes quorũcũq; Monaſteriorum dicti Ordinis dicti Monaſterij S. Benedicti, & per illud factas auctoritate & ſcientia prædictis confirmamus,& approbamus,ac robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus,illaq; omnia pro potiori cautela de nouo facimus,& concedimus &c.

Conſtitutiones Congregationis de anno 1500. vt in reg. fol. 426.

N.9. IN NOMINE SANCTISSIMAE TRINITATIS, ET GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE MATRIS DEI DOMINI NOSTRI.

Incipiunt Conſtitutiones Congregationis S.Benedicti Valliſoletañ. Et quia earũ fundamentum ſunt ſequentes Bullæ Apoſtolicæ,præcepimus eas hic inſeri.

Incipit Bulla Alexandri VI. de Inſtitutione noſtræ Congregationis de Capitulo generali

nerali celebrando. De Iuriſdictione Abbatis S. Benedicti, Diffinitorum, atq; Viſitatorum. De anno 1496. vt in Bullario fol. 134.

ALEXANDER Epiſcopus &c. Sanè pro parte dilectorum filiorum Monaſterij S. Benedicti huiuſmodi d̄ obſeruātia &c. & aliorū Abbatū &c. nobis nuper exhibita petitio continebat: q̄ olim Capitulū generale Ordinis & Congregationis huiuſmodi in dicto Monaſterio celebrare volentes: Congregationis & obſeruantiæ huiuſmodi, illorumq; Monaſteriorum fęlici ſtatui, ac ipſorum Monachorum paci, & quieti conſulere: inter alia ſtatuerunt, & ordinarunt: quòd deinceps perpetuis futuris temporibus omnia & ſingula Monaſteria dictorum Ordinis, & obſeruantiæ in Hiſpaniarum Regnis conſiſtentia, inſimul vnita & incorporata exiſterent: vnumq; corpus, & Congregationem inſimul facerent &c. §. 1.

Quodq; Abbas pro tempore exiſtens, & etiam dilecti filij Conuentus dicti Monaſterij S. Benedicti eiuſdem Congregationis Caput eſſe deberent: haberentq; in omnib⁹ & ſingulis Monaſterijs dictæ Congregationis eandem ordinariam iuriſdictionē, quā loci Ordinarij in Monaſterijs eis ſubiectis de iure habere dignoſcebātur: ac omnes & ſinguli Prælati, & alij Monachi dictæ Congregationis ipſum Abbatem Monaſterij S. Benedicti in eorum ſupremum, & præcipuum Superiorem recognoſcere deberent: necnon ſinguli Prælati, ſeu Superiores dictorum Monaſteriorum in eorum ſubditos cum dicto Abbate dicti Monaſterij S. Benedicti iuriſdictionem accumulatiuè haberent: ità quòd ipſe Abbas Monaſterij S. Benedicti ob inferiorum Prælatorum, & inferiores Prælati ob Abbatis Monaſterij S. Benedicti huiuſmodi iuriſdictionem, excluſi eſſe nō cenſerentur: & quoties ipſe Abbas Monaſterij S. Benedicti de ipſorum inferiorum Monachorū cauſis, cōſcientia, & vita, quocūq; tempore cognoſcere velit, in cognitione huiuſmodi alijs Superioribus Monaſteriorū, quorum ipſi Monachi forent, præferretur: eiuſq; mādatis omnibus in quacūq; tam ſpirituali, q̄ temporali cauſa, dictos Monachos concernente, parendum eſſet: omneſq; & ſinguli Monachi quorūcūq; Monaſteriorum dictæ Cōgregationis in quibuſuis rebus, mandatis, & cenſuris eiuſdem Abbatis Monaſterij S. Benedicti, ſicut præcipuo Superiori, & Prælato obedire tenerentur &c. §. 2.

Necnon q̄ de triennio in triennium in dicto Monaſterio S. Benedicti generale Capitulum dictæ Congregationis celebraretur: quòdq; omnes, & ſinguli Superiores Monaſteriorum eiuſdem Congregationis, ipſorumq; Monaſteriorum Procuratores præfixo tempore ad Capitulum huiuſmodi, etiam aliàs non vocati, accedere tenerentur &c. §. 3.

Et in quolibet Capitulo huiuſmodi per ipſos Capitulum quatuor Diffinitores eligerentur: qui & dictus Abbas S. Benedicti pro tempore exiſtens dicto Capitulo præeſſe, & ipſius Capituli negotia diffinire deberēt: & quæ ipſi Abbas Monaſterij S. Benedicti, & quatuor Diffinitores, diſcrepante eorum nemine, approbaſſent, & diffiniuiſſent, perpetuæ haberent robur firmitatis, ab omnibuſq; obſeruarentur &c. §. 4.

In electionibus verò quorūcūq; Superiorum dictæ Cōgregationis ſeruaretur forma eatenùs ſeruari ſolita, vel in Capitulo dictæ Congregationis tunc primum celebrando ſtatuenda, & ordinanda: licèt iuri conformis non eſſet &c. §. 5.

Quodq; Superiores Monaſteriorum à dicto Monaſterio S. Benedicti vltra 50. leucas diſtantium, poſt eorum electionem reſpectiuè, etiam antè illarum confirmationem adminiſtrare poſſent: tenerentur tamen infra decem dies pro cōfirmatione huiuſmodi ad ipſum Abbatem Monaſterij S. Benedicti mittere &c. §. 6.

Statuta, & ordinationes huiuſmodi, & prout illa concernunt omnia, & ſingula in dictis literis contenta &c. prædicta auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuò obſeruari debere, inuiolabiliſq; firmitatis robur obtinere decernimus: ſupplemuſq; omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem &c. §. 7.

Digitized by Google

Conſtitutio eiuſdem Capituli de anno 1500. de obedientia debita Monaſterio S.Benedicti,& de Capite, & nomine Congregationis, ex lib. 1. Capitulorum generalium Cap. 2. fol. 4. & ſequentibus, vt in reg. fol.427. & in Conſtitutionibus impreſsis. cap. 1. & 2.

N. 10. STatuimus,q̃ deinceps nulla Domus, Prælatus,aut Monachus dictæ Cõgregationis audeat ſe eximere, neq; ſeparare ab ea, neq; ab obedientia dicti Monaſterij S. Benedicti Vallisoletañ. Et q̃ ſi aliquis auſus fuerit facere contrarium, vniuerſa Congre-

§. 1. gatio congregetur contra talem Domum,Prælatum, aut Monachum, qui illud tale attentauerit, & expenſis communibus reducantur ad Congregationem.

§. 2. Quoniam Monaſterium S.Benedicti Vallisoletañ. eſt principium noſtræ ſanctæ Cõgregationis,& omnia illius Monaſteria acceperunt ab eo modum & formam viuẽdi, & hucuſq; habuit Superioritatem,& eſt ſitum quaſi in medio omnium, & etiam eſt decoratum nomine noſtri glorioſi Patris S. Benedicti, à quo dicta noſtra Congregatio eſt denominata, ſtatuimus,& ordinamus:quòd Abbas,& Cõuentus dicti Monaſterij S.Benedicti Vallisoletañ. ſint Caput dictæ noſtræ Congregationis: & omnis Congregatio ſua propria voluntate accepit pro Capite Abbatem & Conuentum dicti Monaſterij S. Benedicti Vallisoletañ. cum ſuis iuriſdictionibus, & præeminentijs contentis in Cõſtitutionibus infraſcriptis. Et ſtatuimus,quod dictus Pater Abbas Monaſterij S.Benedicti quaſi ſuperior Prælatus,& ſua præcepta,& cenſuræ in quibuſcũq; rebus,& negotijs præferantur omnibus Prælatis dictæ Congregationis, & ſuis præceptis,& cenſuris. Et quòd dictus Pater Abbas S.Benedicti,& ſua præcepta,veluti emanãtia à ſuperiori Prælato dictæ Congregationis, ſine contradictione aliqua obediantur ab omnibus quibuſcũq; perſonis dictæ Congregationis tam in generali, quàm in viſitatione particulari Monaſteriorum, Prælatorum,& Monachorum ipſius &c.

§. 3. Statuimus & ordinamus, & volumus, vt ſic in perpetuum obſeruetur, quod omnia dicta Monaſteria hucuſq; fundata & reformata, & quæ in poſterum reformabuntur, & fundabuntur iuxta noſtram obſeruantiam, ſint æqualiter vnita & incorporata in vno corpore Cõgregationis, quæ nuncupetur Congregatio S. Benedicti Vallisoletañ. & ex nunc facimus, approbamus, & ratificamus dictam Congregationem, & ſubmittimus, vnimus, & incorporamus illi nos & noſtros ſucceſſores &c.

Conſtitutio eiuſdem Capituli 1500. de electione, & confirmatione Prælatorum ex lib. 1. Capitulorum generalium cap. 20. vt in regeſtro fol. 246.

N. 11. CIrca electiones Prælatorum tam Domus S.Benedicti, quàm aliarum Congregationis,cum ad obuiãdum vt inter nos ambitio nequeat habere aditum,multoties propoſitum fuerit, & tractatum: quòd Prælati non poſſent reeligi in duobus triennijs ſucceſsiuè: & ſimiliter quod ad faciendam electionem dicti Patris Abbatis Congregationis concurrerent, & haberent ſuffragia omnes Prælati, & Procuratores dictæ Congregationis: viſo quòd per formam ſupradictam adhiberetur ſufficiens remedium, vt, ſicut dictum eſt,ambitio non poſsit habere locum, determinamus omnes ſimul nõ eſſe expediens ordinare res ſupradictas: ſed prouidere formam quæ ſequitur.

Quòd dictus Pater Abbas S.Benedicti eligatur canonicè ſingulis triennijs per Conuentum dicti Monaſterij S. Benedicti Vallisoletañ. & facta, & pronunciata dicta electione

Digitized by Google

ctione, habeatur pro confirmata: iuxta quod dictum Monaſterium habet illud nunc per Bullam Apoſtolicam.

Bulla Alexandri VI. de anno 1502. confirmans acta Capituli generalis de anno 1500. & conſtituens Monaſterium Valliſoletan. & eius Abbatem Caput Congregationis, & tribuens illi plenam ſuper eam iuriſdictionem, & confirmans vt Abbas Generalis eligatur ſolùm à Conuentu Valliſoletan. vt in Bullario fol. 142.

ALexander Epiſcopus &c. Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum S.Benedicti de Valleoleti Palentin. Diœceſis, ac vniuerſorum aliorum Abbatum, Priorum, & Monachorum Ordinis S.Benedicti Congregationis Monaſterij S.Benedicti huiuſmodi de obſeruantia nuncupatorum nobis expoſito: quòd olim Capitulum generale Ordinis, & Congregationis huiuſmodi in dicto Monaſterio celebrare volentes: ac Congregationi, & obſeruantiæ huiuſmodi illorumq; Monaſteriorum fęlici ſtatui, & quieti conſulere, inter alia ſtatuerant, & ordinauerant: quòd deinceps perpetuis futuris temporibus Abbas pro tempore exiſtens, & dilecti filij Conuentus dicti Monaſterij S. Benedicti eiuſdem Congregationis Caput eſſe deberent, haberentq; in omnibus & ſingulis Monaſterijs dictæ Congregationis eandem ordinariam iuriſdictionem, quam loci Ordinarij in Monaſterijs eis ſubiectis de Iure habere dignoſcebantur &c. N.12. §. 1.

Dubitantes ne ſuper præmiſſis in futurum aliqua dubia & differentiæ exoriri poſſint de noſtro, & dictæ Sedis beneplacitò: ad obuiandum dubijs, & differentijs huiuſmodi inter alia ſtatuerunt, & ordinarunt: quòd ſtatutis, & ordinationibus, ac cõfirmatione, approbatione & decreto præfatis non obſtan. quæ quatenùs infraſcriptis contraria eſſe quoquomodo viderentur: &c. deinceps perpetuis futuris temporibus Abbas & Conuentus Monaſterij S. Benedicti huiuſmodi totius Congregationis prædictæ Caput eſſet, & eſſe cenſeretur: ipſeq; Abbas Monaſterij S. Benedicti ſicut ſuperior Prælatus, eiuſq; mandata, & cenſuræ in quibuſuis rebus, & negotijs omnibus alijs Prælatis dictæ Congregationis, eorumq; mandatis, & cenſuris præferrentur: ac ei, & eius mandatis huiuſmodi, ſicuti à ſuperiori Prælato dictæ Congregationis emanatis, ab omnibus & ſingulis dictæ Congregationis perſonis tam in generali Congregatione, q̃ in viſitatione Monaſteriorum, Prælatorum, & Monachorũ Congregationis eiuſdem ſine aliqua contradictione parendum, & obediendum eſſet: poſſetq; ipſe Abbas Monaſterij S.Benedicti etiam ſi cauſæ inter quaſcũq; perſonas dictę Cõgregationis corã quibuſuis illius inferioribus Prælatis cœptæ, & in quocũq; ſtatu indeciſæ eſſent, illas ad ſe aduocare, & fine debito decidere, & terminare &c. §. 2.

Necnon quòd nedum in electionibus quorũcũq; Superiorum Cõgregationis huiuſmodi, verumetiam in earum confirmationibus prædicta forma eatenùs ſeruari ſolita, vel in prædicto Capitulo ſtatuta, & ordinata, ſeu in poſterum ſtatuẽda, & ordinanda, licèt iuri conformis non eſſet, vt præfertur, ſeruari deberet: prout pleniùs in noſtris prędictis continetur, ac ſuper alijs præmiſſis confectis literis reſpectiuè dicitur contineri. §. 3.
Quare pro parte Abbatum, Priorum, & Monachorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt poſterioribus ſtatutis, & ordinationibus huiuſmodi, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliàſq; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos

Digitized by Google

Nos igitur Abbates &c. poſteriora ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, ac prout illa &c. auctoritate prædicta approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus: illaq; perpetuis futuris temporibus obſeruari mandamus: necnon omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ſupplemus &c. Et nihilominus pro potiori cautela illa omnia & ſingula &c. modo, & forma præmiſſis de nouo, & quod Diffinitores dictæ Congregationis pro tempore exiſtētes pro ſalubriori illius gubernatione, & ſtatu, & Diuini cultus augmentó circà Diuini officij ordinem, & directionem, ac in concernentibus ipſius Congregationis, illiusq; Monaſteriorum, locorum, membrorum, perſonarum, eorumq; bonum regimen, & adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus, abſq; tamen regulæ dicti Ordinis, vel eius effectus varietate, vel alteratione Ordinis, & Congregationis huiuſmodi declarare, interpretari, mutare, corrigere, alterare, limitare, moderari, tollere, extendere, ampliare, ac quęcũq; alia honeſta, & à iure non deuiantia ſtatuta, & ordinationes de nouo edere, & ordinare auctoritate Apoſtolica, quoties in Capitulo generali dictę Congregationis, pro tempore celebrando, eis videretur in perpetuum, iuxtà temporum, & perſonarum, ac rerum qualitatem liberè, ac licitè poſſint: & in pręmiſſis eandem, parem, & omnimodam facultatem in omnibusetiam, ſine alicuius alterius præiudicio, habeant, quam Diffinitores Congregationis Sanctę Iuſtinæ &c. ſtatuimus, & ordinamus.

Bulla Iulij II. de anno 1505. concedens Congregationi, vt gubernetur iuxtà formam Caſsineñ. Congregationis: quantum Patriæ, & Regionis diuerſitas patiuntur. vt in Bullario fol. 1.

N. 13. §. 1. IVlius Epiſcopus &c. Quare pro parte Abbatum, Priorum, Pręſidentium, Monachorum, aliarumq; Religioſarum perſonarum Cõgregationis Valliſoleti prędictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt ipſi, ac ſinguli alij Abbates, Priores, Pręſidentes, Monachi, ac alię Religioſę perſonę quorumuis aliorum Monaſteriorum dicti Ordinis in Hiſpania, quę pro tempore erigentur, conſtruentur, & in quibus eorũ laudabiles ritus, mores, ac regularia inſtituta plantabuntur, reformabuntur, & Congregationi Valliſoleti huiuſmodi incorporabuntur, aggregabuntur, reformabuntur, & ſubijcientur, de cetero perpetuis futuris temporibus iuxtà morem, & conſuetudinem Congregationis Caſſineñ. aliàs S. Iuſtinę prędictę, & ad inſtar eorũdem, prout Generali Abbati Congregationis Valliſoleti huiuſmodi, ac Diffinitoribus in Capitulo generali pro tempore eligeñ. & exiſtentibus, vel eorum maiori parti viſum fuerit expedire, regãtur, & gubernentur, concedere &c. dignaremur &c. Nos igitur &c. necnon conſideratione Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi &c. Gubernatoris Caſtellæ &c. vt ipſi, ac omnes, & ſinguli alij Abbates, Priores &c. de cetero perpetuis futuris temporibus iuxtà morem, & conſuetudinem dictæ Congregationis Caſſineñ. aliàs S. Iuſtinę, & ad inſtar eorũdem, quantum Patrię & Regionis huiuſmodi diuerſitas patitur, quantumq; Abbati Generali, & Diffinitoribus pro tempore eligendis, & exiſtentibus in Capitulo generali huiuſmodi, vel eorũ maiori parti, vt pręmiſſũ eſt, viſũ fuerit expedire, ꝑpetuò regantur, & gubernentur: eorumq; regularibus inſtitutis perpetuò ſe conformẽt.

Quodq; omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, pęrogatiuis, gratijs, exemptionibus, libertatibus, & indultis eiſdem Congregationi Caſſineñ. aliàs S. Iuſtinę, eorumq; Monaſterijs, Abbatibus, Prioribus, Præſidentibus, Conuentibus, Monachis, Oblatis, & alijs Religioſis perſonis per Sedem Apoſtolicã in genere conceſſis: quorum tenores &c. vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri, & gaudere liberè,

Digitized by Google

berè,& licitè poſſint,& valeant in omnibus,& per omnia,perinde ac ſi omnia,& ſingula priuilegia &c. de huiuſmodi Congregatione Valliſoleti, illiusq; Monaſterijs, Abbatibus &c. & alijs perſonis Religioſis prædictis loquerentur, & illa eis ſpecialiter, & expreſsè per nos data,& conceſſa fuiſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ, concedimus pariter, & indulgemus &c. Dat. Romæ &c. anno Incarnationis Dominicæ 1505. 18. Kal. Iulij. §. 1.

Bulla Iulij II. de anno 1505. in qua poſtquàm in Bulla immediatè prædicta conceſſerat Congregationi, vt ſe conformaret regimini Caſsineñ. Congregationis, creat denuò Abbatem Valliſoletañ. Reformatorem generalem. vt in Bullario fol. 154.

DIlectis filijs S.Benedicti Oppidi Valliſoleti &c. Generali,& Ciſtercieñ. Ordinum Reformatori regularis obſeruantiæ pro tempore exiſtentibus Abbatibus: Iulius Papa II. Dilecti filij &c. Chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus &c. Rex Catholicus &c. Caſtellæ &c. Adminiſtrator; Nobis nuper exponi fecit: quòd aliàs à fe. rec. Innocentio Papa VIII. &c. Literæ ſub plumbo emanarunt tenoris ſubſequentis. Innocentius &c. Venerabilibus Fratribus Abuleñ, Corduben, & Segobieñ Epiſcopis &c. Dat. Romæ &c. Anno Incarnationis Dominicæ 1487. &c. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat prædicti Corduben, & Segobieñ Epiſcopi &c. reformationi Monaſteriorum &c. intereſſe non poſsint &c. nobis humiliter ſupplicauit &c. Nos igitur Regis prædicti pio, & honeſto deſiderio in hac parte fauorabiliter annuentes, eiuſq; ſupplicationibus inclinati: Te Sancti Benedicti Oppidi Valliſoleti Palentiñ Diœceſis Abbatem Generalem,quoad Sancti Benedicti: & te Abbatem Reformatorem Ciſtercieñ Ordinis Regularis obſeruantiæ,quoad Ciſtercieñ Ordinum Monaſteria, & religioſa, ac pia loca huiuſmodi in locum dictorum Corduben, ac Segobieñ Epiſcoporum ſubrogamus, vobiſq; reſpectiuè, per præſentes committimus, & mandamus, vt cum prædicto Epiſcopo Abuleñ viſitationem, correctionem, & reformationem huiuſmodi in Monaſterijs, Domibus, & alijs religioſis, & pijs locis, tam virorum, quàm mulierum Sancti Benedicti,& Ciſtercieñ Ordinum prædictorum,in omnibus Regnis,& Dominijs Hiſpaniarum conſiſtentibus,cum facultatibus,poteſtatibus, auctoritatibus, ac omnibus, & ſingulis alijs in dictis Litteris Innocentij Prædeceſſoris prædicti contentis clauſulis, iuxta ipſarum Literarum formam,continentiam,& tenorem in omnibus & per omnia facere, & exequi curetis: perindè ac, ſi Literæ ipſæ Epiſcopo Abuleñ. & vobis per Nos directæ fuiſſent &c. Dat. Romæ &c. die 13. Nouembris 1505.

Acceptatio Bullæ prædictæ Iulij II. in Capitulo generali de anno 1509. & res in quibus regimen Caſsineñ. fuit acceptatum, vt in Præſidentia Diffinitorum, & in Deputatione Iudicum Cauſarum temporalium. vt in regeſtro fol. 587.

IN Capitulo generali celebrato de anno 1509. in Monaſterio S.Benedicti Valliſoleti Palentiñ. Diœc. inchoato die vltima Aprilis, & finito die ſexta Maij prædicti anni; fuerunt electi in Diffinitores RR. PP. Frater Garſias de Ciſneros Abbas de Mon- N. 14.

ſer-

ſerrato &c. qui vnà cum noſtro R. P. Abbate S. Benedicti cum cõſenſu, & acceptatione Capituli generalis diffinierunt, quæ ſequuntur &c.

§. 1. Item acceptatæ fuerunt per Capitulum generale Bullæ Iulij II. quibus Congregationi noſtræ concedit: quod cõformantes nos cũ Congregatione Montis Caſsineñ. olim Sanctæ Iuſtinæ, in his, quæ iuxtà diuerſitatem Regionum nobis viderentur expedire, noſtræq; Congregationi: poſsimus gaudere omnibus Priuilegijs dictæ Congregationi Montis Caſsineñ. conceſsis.

§. 2. Item poſt acceptationem dictarum Bullarum, volentes ex nũc in anteà incipere vti, & gaudere prædictis priuilegijs: diffiniuerunt de præſenti, vt nos conformemus cũ dicta Congregatione in duobus articulis ſequentibus, reliqua remittendo maturiùs examinanda &c. & pro nunc non fuerunt acceptata plura; quia pro maiori parte in alijs multis rebus Congregatio noſtra eſt conformis Congregationi Sanctæ Iuſtinæ.

§. 3. Primum acceptatum fuit ex cap. 10. Conſtitutionum prædictæ Congregationis Mõtis Caſsineñ. Quòd Diffinitores Capituli generalis habeant præſidentiam in omnibus rebus, & locis.

§. 4. Secundum ſumptum fuit ex Capitulo 14. prædictarum Conſtitutionum; Quod cũ Patribus Diffinitoribus incumbat vacare reformationi, & directioni totius Cõgregationis: vt non diſtrahantur, occupantes ſe in rebus temporalibus; & oneribus repartitis, ſeu diuiſis inter plures, meliùs ſe gerant; eligantur duo Patres ex eis, qui in dicto Capitulo interuenient: qui non ſint ex Diffinitoribus: perſonæ diſcretę, & idoneę ad adminiſtrañ. iuſtitiam in cauſis, & differentijs, quę dumtaxàt ſuper rebus temporalibus oriẽtur in Congregatione, tam inter Monachos, quàm inter Monaſteria; & alius Monachus, qui fungatur officio Notarij, qui ſit tamq̃ tertius inter ipſos.

Bulla Clementis VII. de anno 1523. concedens Congregationi, quod conceſſerat etiam Leo X. & Iulius II. vt poſſet ſe conformare regimini Caſsineñ. Congregationis: quantum Patriæ diuerſitas pateretur, & quantum Abbati Valliſoletañ. Reformatori Generali in Capitulo generali videretur. vt in Bullario fol. 166.

N. 15. CLemens Papa VII. &c. Dudum ſiquidem fę: re: Leoni Papę X. &c. pro parte dilectorum filiorum Abbatis Generalis, & aliorum Monaſteriorũ Abbatum &c. Monachorum, & Conuentuum &c. Congregationis S. Benedicti Valliſoleti de obſeruantia nuncupat. expoſito: ꝙ licèt ipſi, qui ſub regulari obſeruantia, & perpetua clauſura viuebant &c. in regimine & gubernatione Monaſteriorum &c. laudabiles ritus, & mores, ac regularia inſtituta obſeruauiſſent &c. tamen, quia æmula virtus meliora ſemper, per gratiam Spiritus Sancti, exempla nititur imitari, ipſi &c. conſiderantes, ꝙ dilecti filij Prędidentes, Abbates &c. Congregationis Caſsineñ. &c. tam prudẽter regebant &c. cupiebant magnoperè eidem Congregationi Caſsineñ. in his, quę ſecundùm Patriæ, & Regionis diuerſitatem, ſibi nouiſſent expedire, ſe conformare; ac propterea pro parte dictorum Abbatis Generalis, ac aliorum Abbatum &c. eidem Prædeceſſori humiliter ſupplicato, vt in hoc conſentire, ac aliàs &c. dignaretur. Idem Prędeceſſor &c. eorum ſupplicationibus inclinatus &c. Ordini & Congregationi S. Benedicti Valliſoleti &c. vt de cetero perpetuis futuris temporibus, iuxtà morem, & conſuetudinẽ dictæ Congregationis Caſsineñ. &c. & ad inſtar eorumdem, in ijs, quæ ſecundùm Patrię & Regionis diuerſitatem Abbati Generali, pro tempore exiſtenti, Monaſterij S. Benedi-

nedicti Oppidi Valliſoleti, ac Ordinis, & Congregationis Palentin. Dioeceſis huiuſmodi: necnon Diffinitoribus in Capitulo generali eiuſdem Congregationis Sancti Benedicti &c. exiſtẽtibus, vel eorum maiori parti viſum foret expedire, perpetuò regerentur, & gubernarentur: eorumque regularibus inſtitutis ſe conformarent &c. Ne autem de conceſſione & indulto &c. prædictis, pro eo quod ſuper illis dicti Leonis Prędeceſſoris literæ &c. confectę non fuerũt, valeat quomodolibet hæſitari &c. volumus, & eadem Apoſtolica auctoritate decernimus: quòd conceſſio &c. huiuſmodi, perinde à dicta die 6. Menſe Octobris ſuum ſortiantur effectum &c.

Bulla Pauli III. de anno 1535. confirmans omnem formam Congregationis, & eius regimen, vt erat in viridi obſeruantia, vt in Bullario fol. 171. N. 16.

PAulus Papa Tertius cum ſicut exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij modernus Abbas Monaſterij Sancti Benedicti de obſeruantia nuncupati Oppidi Valliſoleti, Palentin. Dioeceſis, totius Congregationis dicti Ordinis, in Regnis Hiſpaniarum Reformator Generalis, ceterique Abbates, & Præſidentes, ac Priores eiuſdem Ordinis &c. Nos tranquillum, & fęlicem dictæ Congregationis, & eorumdem Monaſteriorum ſtatum ſinceris cupiẽtes affectibus, ipſorum Generalis Reformatoris, Abbatum, Priorum, & Præſidentium in hac parte ſupplicationibus inclinati; priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, facultates, gratias, conceſſiones prædicta quomodolibet, vt præfertur, conceſſa, quatenus licita & honeſta, & in viridi obſeruantia exiſtũt, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innouamus: ac præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſupplentes omnes & ſingulos, tàm iuris quàm facti, defectus, ſi qui forſan in his, quæ a Sede Apoſtolica non emanarunt, interuenerint in eiſdem, &c.

Acta Capituli generalis de Anno 1556. In quo ſpreto Breui Pauli Tertij de Anno 1550. & conſtitutionibus Canonicis, & Congregationis, fuit attentatè electus per Diffinitores Abbas Sancti Benedicti, & Generalis: & fuit ſtatutum; vt per totam Congregationem eligeretur in poſterum, reclamante Monaſterio Sancti Benedicti. vt in regeſtro. fol. 576.

IN Dei nomine Amen. Die quarta menſis Maij, anni 1556. &c. In Monaſterio Sancti Benedicti Valliſoleti ſe congregauerunt celebraturi Capitulum generale, admodum RR. PP. Frater Bartholomæus de Aluear Generalis Congregationis S. Benedicti &c. die 27. Maij anni 1556. in præſentia Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Præſidẽtis Cõſilij Regij, & Patris Præſidentis Capituli, & Patrum Abbatis Legionen. & Procuratorum de Sahagun, & Cellanoua, annotans P. Relator omnes Pręlatos, & Procuratores Congregationis congregatos in Capitulo: votauerunt vnus poſt alium in voce, ſuper eo: An Patres Præſidens, & Diffinitores in eorum Diffinitorio facerent electionem P. Generalis, & electiones aliorum Patrum Abbatum Cõgregationis in hoc Capitulo, pro iſto triennio: vel an faceret electionem Generalis vniuerſa Congregatio, & electiones aliorum Abbatum: an eas facerent Conuentus quilibet in ſuo Monaſterio: N. 17.

Digitized by Google

vel an vna,& alia,ſeu vtraq; fieret,prout ordinatũ eſt de anno 1550.Et poſtquàm omnes votauerunt,& conſiderata fuerunt vota,inuenerunt eſſe plures eos,qui votauerũt, quòd fieret electio Generalis,& electiones omnium Abbatum Congregationis pro hoc triennio hic in iſto Capitulo per Patrem Præſidentem,& Diffinitores in eorum Diffinitione : ita tamen , quòd ex nunc in poſterùm fiat electio Abbatis Generalis in Capitulo per totam Congregationem, & electiones aliorum Abbatum per Cõuentus,in quolibet ex Monaſterijs &c.Oppoſuit ſe his, ſeu reclamauit P. Procurator S. Benedicti dicens : Quòd electio Generalis nõ poterat auferri Cõuentui S.Benedicti Valliſoleti &c. Et poſt præmiſſa,hac eadem die,ſeruata eadem forma,admodum RR.PP. Præſidens,& Diffinitores proceſſerunt ad electionem Abbatis Generalis Congregationis,& particularis Domus S.Benedicti Valliſoleti ; & fuit canonicè electus pro tali Abbate Generali Congregationis,& particulari prædicti Monaſterij Valliſoleti,pro hoc triennio ſequẽti, admodùm R. P. Frater Didacus de Lerma &c. Prior,& Conuentus S.Benedicti dixit : Quod ipſum non acceptabant pro Abbate ; quia ipſi eum non elegerant &c. Imò Procurator S.Benedicti proteſtatus fuit, & de eo petijt teſtimonium &c.

Bulla Pij IIII. de anno 1561. concedens Regi Catholico Philippo II. & Congregationi , vt facerent congregari duodecim Monachos , qui ederent Conſtitutiones perpetuas pro regimine Congregationis:& annullans quaſcũq; Literas aliter expeditas contra quemcũq, Monachum &c.vt in Bull. fol.179. & nomina 12. Monachorũ ad hoc nominatorũ, & Domuũ ſuarũ profeſsionũ. vt in reg. fol.264.

N.18. §.1. PIus Epiſcopus &c. Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarũ Rex Catholicus nobis nuper expoſuit: multa egregia Monaſteria Ordinis S.Benedicti &c. Et inſuper vt de cetero in eadem Congregatione Regularis diſciplina , iuxta eiuſdem Ordinis Regularia inſtituta,cum quiete,& tranquillitate iugiter obſeruetur: illiusq; Abbates, Monachi,& Religioſi Diuinis obſequijs,Sacræq;Scripturæ,ac publicis concionibus,ad fidei Catholicæ ædificationem,& Chriſti fidelium animarum ſalutem, cum deuotione vacare meliùs poſſent; nec vllatenùs diſſenſionibus,& inquietudini locus pateat ; Philippo Regi prædicto, ac dilecto filio Georgio moderno, & pro tempore exiſtente,Generali dictæ Congregationis, quòd duodecim aut plures eiuſdem Cõgregationis Abbates, ſeu Monachos,per prædictum Philippum Regem nominandos,quos Dei,ſuæq; Religionis,& fidei zelatores,vitæq;,& doctrinæ,ac prudentiæ exemplaris eſſe cognouerit ; qui ſimul cum prædicto Georgio Generali in aliquo eiuſdem Congregationis Monaſterio,ſeu alio regulari loco congregati , omnia & ſingula, quæ ad eiuſdem Congregationis ſalubrem directionem , proſperumq; ſtatum , & regimen , ac pacem , & quietem , iuxtà prædictæ Congregationis , & illius Ordinis Regularia inſtituta , & antiquas Patrum ſanctiones , & Conſtitutiones , tam circa Diuini Officij celebrandi , quàm circa morum reformationem ſtatuenda , ordinanda , & reformanda videbuntur , ſtatuere , ordinare , reformare , & ſancire , illaq; omni appellatione remota , ſub prædictis , & alijs de quibus eis, ſeu prædicto Georgio,& pro tempore exiſtenti , eiuſdem Congregationis Generali, & Viſitatoribus viſum fuerit,cenſuris,& pœnis: itaut illa per tunc immediatè ſequens , & alia Capitula generalia quouis modo corrigi , & retractari , ſeu illis derogari , aut aliter contra ea ordinari , vel diſponi non poſſit , neq; debeat ; & quidquid ſecus , etiam per Capitulum generale , fieri ,& attenta-

ri

Digitized by Google

ri contigerit, irritum, & inane, nulliuſq; roboris, vel momenti exiſtat, exequi,& obſeruari facere, & mandare: ac in contradictores, & rebelles ad cenſuras,& etiam priuationem vocis actiuæ, & paſsiuæ pœnas prædictas, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis, procedere poſsint, & valeant, exequendi, nominandi, & deputandi, plenam, & liberam licentiam, & facultatem, auctoritate,& tenore præmiſsis concedimus, &c.

Non obſtañ præmiſsis, necnon etiam per ſimilis me. Paulum Quartum,&c.ac etiam per nos editis, &c. Conſtitutionibus,&c. necnon quacunq; reuocatione, ſeu deſtitutione, aut aliâ quauis prouiſione per nos, aut per dilectum filium noſtrum Bartholomęum Tituli Sanctæ Crucis in Ieruſalem Presbyterum Cardinalem dela Cueua nũcupatum eiuſdem Congregationis Protectorem,aut ex commiſsione noſtra, etiam cõtra præfatum Georgium Generalem, etiam ad nonnullorũ ipſius Congregationis Abbatum, & Monachorum inſtantiam facta, vel aliàs quouis modo editis, aliiſq; Conſtitutionibus, &c. §. 2.

Nomina duodecim Monachorum Congregationis de Madrid.

FR. Ioannes de Villumbrales Abbas Sancti Benedicti, & Generalis, profeſſus Sancti Facundi. Fr. Georgius Manrique, qui fuerat Generalis, profeſſus Sancti Benedicti. Fr. Rodericus de Vadillo Prædicator ſuæ Maieſtatis, profeſſus Sancti Benedicti. Fr. Ferdinandus de Medina Abbas Sancti Martini Compoſtellañ profeſſus Sancti Benedicti. Fr. Ioannes de Corcuera Abbas Sancti Zoeli de Carrion, & ibi profeſſus. Fr. Martinus de Azpeytia Viſitator generalis, profeſſus Sãcti Aemiliani. Fr. Andreas de Quintanilla profeſſus Sancti Aemiliani. Magiſter Fr. Antonius de Malnenda profeſſus Montiſſerrati. Fr. Didacus de Valencia Prædicator, profeſſus Sancti Facundi. Magiſter Fr. Franciſcus de Aleſanco profeſſus Sancti Aemiliani. Magiſter Fr. Petrus de la Puente, profeſſus Sancti Benedicti. Magiſter Fr. Placidus de Salinas Prædicator,& profeſſus Sancti Benedicti. §. 3.

Concordia facta in Capitulo generali de Anno 1565. inter vniuerſam Congregationem, & Monaſterium Sancti Benedicti Valliſoletañ, ſuper electione Abbatis prædicti Monaſterij, & Generalis Congregationis. vt in regeſtro fol. 266.

IN Dei nomine. Amen. Notum ſit his, qui præſens Inſtrumentum publicũ conſenſus,& Concordiæ viderint: qualiter in admodum nobili Villa Valliſoleti Diœc. Palentiñ. Sabbatho 26. die menſis Maij 1565. Indictione 8. Anno 6. Pontificatus Noſtri Sanctiſ. Patris Pij diuina prouidentia Papæ IIII. in præſentia mei Notarij publici, &c. in Monaſterio S. Benedicti dictæ Villæ,& eius loco Capitulari, interuenieñ. in Capitulo generali dicti Ordinis, &c. iuxta quod ſingulis triennijs dicta Congregatio cõſueſcit ſe congregare in dicto Monaſterio S. Benedicti Valliſoletañ. ſpecialiter ſtañ. præſentibus Reuerendiſs. P. F. Roderico de Vadillo Abbate S. Benedicti, Generali ſuæ Congregationis,& admodum RR. PP. Fr. Ioanne de Villumbrales Generali, qui ad præſens deſijt eſſe, & Fr. Philippo &c. omnibus Monachis profeſſis dictæ Congregationis S. Benedicti, & Abbatibus, & Procuratoribus Domorum,& Monaſteriorum eiuſdem, repræſentantes dictam Congregationem dicti Ordinis S. Benedicti: & etiam ſtañ. præſentibus admodũ RR. Patribus Abbate,& Conuentu dicti Monaſterij S. Benedicti Valliſo- N. 19. §. 1.

Digitized by Google

ſioletani:ſpecialiter dicto Reuerẽdiſs. P. Fr. Roderico de Vadillo Abbate dicti Monaſterij,& Generali dictę Congregationis. Fr. Benedicto de Gaona Priore, & dd. admodũ RR. Patribus Fr. Ioanne de Villumbrales &c. omnibus Monachis profeſsis dicti Monaſterij S. Benedicti Valliſoletañ. repræſentantes eius Conuentum, dixerunt. Quod quia inter dictam Congregationem, & Conuentum huius dicti Monaſterij S. Benedicti fuerant multæ lites, differentiæ, & expenſæ in ratione electionis Generalis Ordinis, & Abbatis S. Benedicti: & in virtute Bullæ Noſtri Sanctiſs. Patris Pij Papæ IIII. Regia Maieſtas Regis Don Philippi Noſtri Domini iuſſerat, & prouiderat, vt in Villa de Madrid congregarentur ad tractandum ſuper prædictis, & alijs rebus admodum Reueren. PP. Fr. Ioannes de Villumbrales Generalis, & Abbas S. Benedicti, &c. Qui poſtquam tractarunt per multos dies cum alijs perſonis grauibus, quas S. Maieſtas nominauit ad dictum effectum, pro bono pacis, & Concordiæ ordinauerunt, inter alia Capitula, ea quæ ſequuntur.

Res ſpectantes ad Generalem.

§. 2. QVantum ad electionem Generalis, in qua ab aliquibus hinc annis inter Monaſterium S. Benedicti Valliſoletañ. & Congregationem fuerunt plures differentiæ, & lites; etſi nũc in Bulla Noſtri Sanctiſs. Patris Pij IIII. iubeatur, vt obſeruetur illud de anno 1550. tractauimus ad longum, & diſcurrimus ſuper illud; præſuppoſito beneplacito Suę Sanctitatis, & quod volet bonum, & quietem noſtræ Congregationis & ſic tam pro pace, tranquillitate, & fælici ſtatu ipſius, quàm pro euitandis multis inconuenientibus, quæ ſuper hoc puncto poſſent euenire: (quia hoc eſt, quod magis inquietauit Congregationem) cum conſilio & conſenſu S. Maieſtatis, & cum beneplacito Suę Sanctitatis conſtituimus, & ordinamus: quod deinceps inuiolabiliter in electione Generalis pro noſtra Congregatione ſeruetur forma ſequens.

§. 3. Quòd in vno triennio liberè Conuentus S. Benedicti eligat ex vniuerſa Congregatione duas perſonas, quæ magis ei videbuntur conuenire ad bonum regimen ſpirituale, & temporale Ordinis: & Congregatio per cedulas, & ſuffragia ſecreta eligat vnam ex illis duabus: quę ſit Abbas S. Benedicti, & Generalis totius Ordinis; & altero triennio Congregatio cum eadem libertate, & ſecretè eligat etiam ex ea vniuerſa duas perſonas, quæ ei videbuntur magis conuenire: & de illis per cedulas & ſuffragia Conuentus eligat vnam in Abbatem S. Benedicti, & Generalem, ſicut dictum eſt: pręcedente ante omnia iuramento ſolemni, quòd eligent, & nominabunt illos, qui magis eis videbuntur conuenire ad ſeruitium Domini Noſtri, & bonum regimen ſpirituale & temporale Ordinis; & cum hoc imponitur perpetuum ſilentium partibus; vt deinceps non innouent, neque alterent, neque agant de mutanda aut alteranda re aliqua de his, quę hic ordinata ſunt, circà hanc deciſionem; quandoquidem eſt facta cum tanto conſilio, & deliberatione huius conſeſſus, & Congregationis: & cum iudicio & determinatione S. Maieſtatis: & pręſuppoſito beneplacito S. Sanctitatis; & cum quo, interueniẽ. D.N. ſperamus, quod erit in Ordine perpetua pax, & tranquillitas cum Domo S. Benedicti, ſiquidem eſt eius Caput: & ſic ſupplicamus humiliter S. Sanctitati, vt illi placeat confirmare quod in hoc ſtatuimus: & S. Maieſtati, vt illi placeat hoc idem Sanctiſsimo ſupplicare.

§. 4. Ordinatum eſt etiam, quod ſi inter Capitulum, & Capitulum vacauerit Generalis per obitum, vel alio modo; ſtatim ac vacauerit, cum omni breuitate Prior S. Benedicti faciat conuocare in prędicto Monaſterio Viſitatores generales, & Diffinitores: ad minus quinque Diffinitores proximiores; ita vt ſint ſeptem ſuffragia ad minus; & quando Monaſterium S. Benedicti habuerit in Capitulo generali pręterito electionem Generalis, nominet duas perſonas, ſicut in electione principali; & Viſitatores, & Diffinitores

eligant

eligant vnum de illis per cedulas, & ſecreto : & quando Congregatio habuerit electio-
nem, dicti Viſitatores & Diffinitores eligant duas, & Conuentus S. Benedicti ſumat ex
eis vnam; quę electio duret vſque ad Capitulum generale primum venturum, &c.

Quę dicta Capitula viſa per dictam Congregationem & Conuentum S. Benedicti: §.5.
& intelligendo eſſe rem conuenientem ſeruitio Dei Domini Noſtri, & paci, & quieti di-
ctę Congregationis & Conuentus: dixerunt omnes vnanimes & conformes, nemine di-
ſcrepante: quod acceptabant, & acceptarunt dicta Capitula, & medium, quod fuit ſum-
ptum & ordinatum per dictam Concordiam ſub beneplacito S. Sanctitatis: & volebant,
vt obſeruaretur inuiolabiliter deinceps in perpetuum: abſque eo, quod in illis poſſit eſ-
ſe aliqua alteratio. Imo quod cuſtodiantur, & adimpleantur iuxta & ſecundum quod
in illis continetur.

Et quia in Congregatione, quę ad pręſens eſt congregata in hoc dicto Monaſterio §.6.
S. Benedicti Valliſoletañ. celebrata eſt electio Generalis cum omni pace & amore in ſer-
uitio Dei Domini Noſtri, iuxta Conſtitutionem & ſtatutum de anno 1550. confirma-
tum per vnam Bullam Sanctitatis Suæ Pij IIII. ſub datum Romæ apud S. Petrum, anno
Incarnationis Dominicæ 1561. 15. Caleñ. Ianuarij. Pontificatus ſui Anno Secundo di-
cta Congregatio & Conuentus S. Benedicti conuenerunt, & ſumpſerunt medium vna-
nimes, & de vno conſenſu, in forma ſequeñ.

Quod in Congregatione prima, quę veniet de anno 68. dicta Congregatio liberè eli- §.7.
gat duas perſonas ex vniuerſa Congregatione: ex quibus Conuentus S. Benedicti eli-
gat liberè quam ſibi beneuiſum fuerit, & magis ei videatur conuenire, & quę magis ſit
idonea ad dignitatem Generalis per formam contentam in dictis Capitulis; & in ſequē-
ti Congregatione de anno 71. poſt illam, Conuentus S. Benedicti eligat duas perſonas,
quę ſibi viſę fuerint aptiores, & ſufficientiores, & de illis Congregatio eligat vnam; quę
perſona ſit Abbas S. Benedicti, & Generalis dictæ Congregationis, ſecundum quod ſta-
tutum eſt in dictis Capitulis; & deinde perpetuò ſeruetur ordo contentus in dictis Ca-
pitulis, alternando ſemper &c. quod ſi fuerit cōfirmatum & approbatum per S. Sancti-
tatem, promiſerunt ex tunc de eo adimplendo, & obſeruando, iuxta quod continetur in
dictis Capitulis; & ad maiorem firmitatem, cum licentia, quam petierunt à Reuerendiſ-
ſimo P. Fr. Roderico de Vadillo Generali dictę Congregationis. & Abbate dicti Mona-
ſterij (& eam ipſis conceſſit,) iurauerunt per Deum & Crucem, & Sancta Euangelia,
quę in pręſentia mei Notarij publici infraſcripti corporaliter tetigerunt per ſe, & no-
mine vniuerſę Congregationis, & Conuentus S. Benedicti, deteneñ. & ſeruan. & adim-
pleñ. inuiolabiliter perpetuo contentum in dictis Capitulis: & non eundo, neque con-
traueniendo illis, neque eorum parti nunc, nec tempore aliquo, & de non petendo re-
laxationem dicti iuramenti, nec diſpenſationem illius, quod continebatur in hac Con-
cordia, & Capitulis ſub pœna periurij: & quod, qui contrarium fecerit, aut attentaue-
rit, vel tractauer t de ea alteranda vel innouanda publicè vel ſecretè, directè vel indire-
ctè, per ſe vel per interpoſitā perſonam, neque in Capitulo generali, neque in Capitulo
priuato, nec in Diffinitorio, nec in alio conſeſſu, conſilio, vel parte aliqua, neque Con-
uentus S. Benedicti nec in ſuo Capitulo, nec in ſuo Conſilio, nec in alio particulari cō-
greſſu; ipſo facto, ſine aliqua alia declaratione, incidat, & incurrat in pœnam priuatio-
nis perpetuę cuiuſcunque Dignitatis, & officij, quod habeat in dicta Congregatione &
Ordine; & in priuationem voti actiui & paſsiui; & in pœnam trium annorum carceris; &
in alias pœnas grauiores, quę viſę fuerint Reuerendiſsimo P. Generali, & Diffinitorio
pro tempore exiſtenti. Atque etiam dixerunt: Quod ſupplicabant, & ſupplicarunt S.
Sanctitati approbet, & confirmet hanc dictam Cōcordiam; & obligarunt ſe, & promi-
ſerunt de dando mandato procurę particulari Procuratoribus, qui Romę illud ſuppli-
cent;

Digitized by Google

cent; & impetrent confirmationem, & approbationem Apoſtolicam illius. In teſtimonium cuius, omnes ſimul ſupranominati emologarunt præſens Inſtrumentum conſenſus,& Concordiæ.

§. 8. Et poſt ſupradicta,& illic incontinenti dictus Reuerendiſsimus, & admodum RR.PP. Generalis, & Congregatio, Abbas & Conuentus dicti Ordinis,& Monaſterij S. Benedicti Valliſoletañ reſpectiuè ſupranominati,exiſtentes in dicto loco,& Cõgregatione poſt emologatam Concordiam,& Inſtrumentum ſupra contentum;ſtatim eadem hora omnes, inſimul,nemine diſcrepante, in adimplementum dictæ Concordiæ dixerunt: Quod in meliori forma & modo,quo poterant, & de iure debebant: dabant, & dederunt omne ſuum mandatum adimpletum,& ſufficiens; & conſtituerunt pro ſuis legitimis Procuratoribus ſpecialibus,& generalibus, itaut ſpecialitas non deroget generalitati, nec è contrario,videlicet admodum RR. PP. Fr.Ioannem de Palentia exiſtentem Romæ, abſentem ac ſi eſſet præſens,& Fr.Ioannem Eſcudero, &c. vt pro dictis Dominis conſtitueñ. & ſuo nomine dictæ Congregationis,& Conuentus reſpectiuè,poſſint ſupplicare S.Sanctitati ſuper confirmatione,& approbatione dictæ Concordiæ &c.& dictus Generalis pro vniuerſa Congregatione & vt Abbas S. Benedicti Valliſoletañ. confirmauerunt illud ſuis nominibus,&c. Abbas S. Benedicti & Generalis Congregationis, &c. Et ego dictus Baccalaureus Antonius Sobrinus Notarius publicus, &c.ſubſcripſi, &c. In teſtimonium veritatis rogatus. Baccalaureus Antonius Sobrinus Notarius.

Supplicatio porrecta Pio V. fæ. re. pro confirmatione prætenſæ Concordiæ vt in libro 8. regeſtrorum illius temporis fol. 138. & in regeſt. fol.....

N. 20. Beatiſsime Pater. Poſtquam in multis celebribus Monaſterijs Ordinis S. Benedicti, quæ in Regnis Hiſpaniarum ab Regibus fundata ſunt,prolapſa iampridem Monaſtica diſciplina, procurantibus claræ me. Ferdinando & Eliſabeth Hiſpaniarum Regibus diligenter reſtituta fuerat;ac longo poſt temporis interuallo illa omnia in vnam Cõgregationem, ſuadente inclytæ memoriæ Carolo Romanorum Imperatore, Apoſtolica auctoritate confecta, & reformata extiterant; graui ſubinde diſcordia inter deuotos S. V. Oratores Conuentum Monaſterij eiuſdem S.Benedicti Oppidi Valliſoleti, dicti Ordinis Palentiñ. Dioec.& huiuſmodi Congregationem ſuper iure eligendi Abbatem Generalem dictæ Congregationis, qui illius Caput, & Viſitator generalis eſt concitata: vtriſque inuicem aduerſis pertinaciterque contendentibus: Congregatione videlicet: ius ipſum eligendi ad ſe,& totum Capitulum generale,tamquam ſupremum Caput pertinere:Contra verò conuentu:quod ex quo Abbas Generalis totius Congregationis pariter Abbas ſpecialis dicti Monaſterij Valliſoleti erat:conſentaneum non videbatur, vt Conuentus ipſe poteſtate eligendi, cuius poſſeſſioni iam inde ab ipſo Reformationis principio inſtiterat, minus merito priuaretur. Denique Capitulo ipſo generali à tunc Epiſcopo Seguntiñ. cui fæl.recor.Paulus PP. III. Sanctitatis Veſtræ Prædeceſſor negotium hoc vniuerſum ſpecialiter delegauerat,in dicto Monaſterio Valliſoleti, anno Domini 1550. conuocato; & vtraque parte ibidem conueniente,vnanimi omnium conſenſu ſtatutum,& ordinatum,& quod perpetuis deinceps temporibus cuſtodiretur mandatum eſt: Vt quotieſcunque officium AbbatisGeneralis Cõgregationis huiuſmodi,quod triennale eſt, vacaret: vniuerſa Congregatio prædicta in eodem Capitulo generali, ad hunc effectum celebrando,duos nominaret, qui ex ipſa Congregatione magis idonei viderentur:Conuentus verò alterum ex ipſis duobus nominatis,quem mallet eligeret:qui ſic ele-

Digitized by Google

ſic electus Pater ſiue Generalis Abbas totius Congregationis, ac ſimul Abbas particularis dicti Monaſterij Valliſoleti exiſteret. Demùm ſtatuto ipſo, quoad huiuſmodi electionem, aliquot annis obſeruato; poſtquam Conuentus ipſe illi, veluti iniuſto, reclamaſſet: rurſus inter eum, & dictam Congregationem nono poſt anno conuenit, Cõcordiaq; pactum eſt: quòd duorum nominandorum alter ex gremio dicti Conuentus deſumeretur: & ſi eum in Abbatem Generalem eligi contingeret; ſequenti triennio Conuentus ipſi alterum ab ipſa Congregatione nominandum, in dicto Monaſterio Valliſoleti non profeſſum, pariter in Abbatem Generalem eligere tenerentur. Sed cum hæc poſterior Conuentio, vt probauit euentus, non modò pacis ſperatæ fructum non attuliſſet: quinimò diſcordijs, (pro quibus ſedandis proceſſerat) fructum non modicum miniſtraret: piæ me. Pius PP. IIII. etiam Prædeceſſor Veſter, etiam precibus Sanctitatis Veſtræ, ac Sedis Apoſtolicæ filij obediẽtis Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici adductus, per ſuas Litteras poſteriorem Concordiam, atque Conuentionem in irritum reuocauit; Statutum verò prædictum de nominandis duobus vbicunque profeſſis reſtituit: illudque, atque aliud, &c. approbauit, &c. Ceterùm ad perpetuandum in eadem Congregatione regularem, &c. diſciplinam, &c. ſimulque efficiendum, vt diſſenſionibus, atque paſſionibus exploſis, Abbates, Monachi, &c. vacare poſsint Diuinis obſequijs, Philippo Regi, &c. ac Abbati Generali dictæ Congregationis licentiam, & facultatem conceſſit, vt duodecim aut plures ipſius Congregationis Abbates, ſeu Monachi, quos prædictus Rex, &c. nominaret, ſimul cum tunc Abbate Generali congregati omnia & ſingula quæ reformationem, &c. concernebant ſtatuere, & ordinare poſſent, &c. Poſteà verò duodecim egregijs viris dicti Ordinis ab ipſo Philippo, &c. nominatis: poſtquam ipſi, diuino præſidio implorato, diù multumq. vnà incubuiſſent; quibus demùm rationibus nondùm ſatis tranquillos animos dictorum Religioſorum componerent: ac perpetuam vtrinque pacem conſtabilirent: eademque opera optimæ diſciplinæ normam inſtituerent: eamque inuiolatam cuſtodirent; inter alia multa, quæ pro communi omnium tranquillitate, dictæque diſciplinæ inſtitutione, & conſideratione optima viſa ſunt, ab eis, ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ ſtatuta, & ordinata, quibuſdam ex anterioribus ſtatutis ac Litteris prædictis detractis, & mutatis; ac etiam illis editis communibus votis ſanciuerunt; Quod electio Abbatis Generalis in Capitulo generali ſingulo triennio celebraretur. Ceterum ad tollenda in ipſa Congregatione circà id diſſidia, quod proximo triennio Conuentus S. Benedicti ex vniuerſo dictæ Congregationis grege duos liberè eligat, quos ad hoc munus præſtare iudicauerit; factaque huiuſmodi electione Congregatio per ſecreta ſuffragia alterum ſic electorum aſſumat, qui ſibi magis idoneus videbitur: iſque Abbas Generalis, ſimulque Monaſterij S. Benedicti huiuſmodi, eo ipſo ſit creatus: qui triennio illo perpetuò vtriſq; præſideat. Sequenti verò Capitulo generali Congregatio duos ibidem nominabit: quorum alter ſimili modo à Conuentu eligatur, vt pariter eo triennio Generalis totius Congregationis, & Monaſterij Valliſoleti Abbas ſit futurus. Hic quoque ordo alternis deinceps triennijs inter vtroſque ſeruetur; omnes verò iureiurando ante electionem huiuſmodi ſolemniter polliciturі ſunt, ſe eos dũtaxat electuros, quos ad id onus ſubeundum ceteris præſtare crediderint. Ceterum dicti duodecim nominati perpetuum hac in re ſilentium imponentes omnibus, quicquã deinceps circa huiuſmodi electionem opponendi, mutandi, aut alterandi viam præciderunt. Verùm vbi Abbatis Generalis huiuſmodi officium per obitum, vel aliàs intra triennium vacare contigerit: Prior Monaſterij prædicti Valliſoleti quamprimum Viſitatores generales, ac Diffinitores, ſaltem quinque ex propinquioribus, ad Monaſterium ipſum conuocabit; ita vt in eo conſenſu nunquam pauciores ſeptem conueniant, qui ſuffragij ferendi ius habent: ſimilem modum in Capitulo generali nouiſſimo ſeruaturi: veluti ſi nouiſſimus Abbas Generalis in ipſo Capitulo generali,

Digitized by Google

nerali, à Conuentu prædicto Valliſoleti electus fuerat: ibi rurſus Conuentus ipſe duos, quemadmodum in præcedenti electione Capitulari, nominabit: quorum alterum Viſitatores & Diffinitores eò congregati in nomine Abbatem Generalem, & Monaſterij Valliſoleti votis ſecretis eligent: ac viciſſim, ſi in eodem Capitulo generali nouiſſimo, talis electio a Congregatione facta fuerit: ibi demùm nominatio duorum ad eoſdem Diffinitores, & Viſitatores, aſſumptio verò in hujuſmodi Abbatem ad Conuentum, forma prædicta ſeruata, pertinebit. Talis porrò electus & ſubrogatus præſtito iuramento, ceteriſque præfatis ſeruatis, vſque ad proximum generale Capitulum plenè in vniuerſum adminiſtrabit: qui & in ipſo generali Capitulo in futurum trienniũ nominari, & eligi poterit, quandocunque prædicta vacatio poſt annum cum dimidio, quàm defunctus in ipſo Capitulo generali aſſumptus fuerat, contigerit, &c. Dictus autem Prior Monaſterij Valliſoleti à die vacationis prædictæ vſque ad noui Abbatis Generalis electionem in Capitulo generali præſidebit, &c. Denique ipſi duodecim electi prædictas, & alias à ſe factas circà inſtituta regularia Congregationis & Ordinis prædictorum Conſtitutiones, & ordinationes ita firmatas, & inuiolatas voluerunt, vt per Capitulum generale nunquam retractari, corrigi, vel abrogari poſsint: illud totum, quod ſecus fieri contigerit, irritum, & inane, &c. fore decernendo, &c. Vt igitur Pater Sancte tota hæc Congregatio, &c. hac poſtrema compoſitione intercedente, pacem perpetuam confouere, &c. poſsit. ſupplicat humiliter Sanctitati Veſtræ dictus Philippus Rex tam ſuo, quàm deuoti veſtri Roderici de Vadillo nunc Abbatis Generalis, necnon Capituli & Congregationis prædictorum nominibus, vt præmiſſas officij ſui partes ad commune omnium bonum adhibentes, poſteriora ſtatuta, ordinationes, & decreta ab eiſdem duodecim Deputatis benè, & prudenter edita; necnon prout illa concernunt omnia & ſingula in Inſtrumentis ſcripturis & documentis prædictis contenta, Litteras Pij Prædeceſſoris huiuſmodi, & quæcunque alia præcedentia, in quantum illa temporibus poſterioribus contradicere, aut eorum effectum quoquopacto impedire poſsint, illis omnibus alias in priſtino robore permanentibus, caſſando, annullando, & viribus omninò euacuando, &c. auctoritate Apoſtolica approbare, & confirmare, illiſque perpetuum, & inuiolabile robur adijcere; ac omnes & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali, &c.

Bulla Pij V. de Anno 1567. cõfirmans Concordiam prædictam, iuxtà ſupplicationis formã. vt in Bullario fol. 187. & in regeſtro fol. 288.

N.21. Pius Epiſcopus, &c. Sanè chariſsimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus tam ſuo, quàm dilectorũ filiorum Roderici de Vadillo Abbatis & Conuentus Monaſterij S. Benedicti Oppidi Valliſoleti, &c. Necnon Capituli, & Congregationis dicti Ordinis nominibus nobis nuper exponi fecit: Quod aliàs poſtquã, &c. prout in litteris prædictis ac Inſtrumentis, documentis, alijſque ſcripturis deſuper confectis plenius dicitur contineri, &c. Nobis humiliter ſupplicari fecit, vt poſterioribus ſtatutis, ordinationibus, & decretis ſic, vt præfertur, prouidenter editis, pro firmiori illorum ſubſiſtentia, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſque, &c. dignaremur. Nos igitur, &c. necnon veriores ſtatutorum, ordinationum, ſingulorumque capitulorum, & decretorum in eis contentorum, ac Inſtrumentorum, documentorum, aliarumque ſcripturarum ſuper præmiſſis quomodolibet confectorum, ac inde ſecutorum quorũcunque, tenores præſentibus pro expreſſis habẽtes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: Poſteriora ſtatuta, ordinationes, & decreta ab ijſdem duodecim Abbatibus, ſeu Monachis benè, & prudenter edita, necnon prout illa concernunt omnia & ſingula in Litte-

ris

ris Pij Prædeceſſoris huiuſmodi,ac Inſtrumentis,ſcripturis, & documentis contenta, & inde ſequuta quæcunque, aliaq. præcedentia,in quantum illa temporibus poſterioribus contradicere, aut eorum effectum quoquopacto impedire poſſint (illis omnibus alias in ſuo robore permanſuris) caſſan. annullan. & viribus omninò euacuando, Apoſtolica auctoritate,tenore præſentium perpetuò approbamus,& confirmamus:perpetuæque firmitatis robur adijcimus. Ac omnes, & ſingulos iuris & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ſupplemus. Abbatemque & Conuentum Monaſterij Valliſoleti, ac Congregationem prædictos, ceteroſque omnes & ſingulos quorum intereſt, intererit,aut quomodolibet in futurum intereſſe poterit, ad obſeruantiam omnium & ſingulorum præmiſſorum omninò teneri;neque ab illis, vel aliqua eorum parte vllo vnquam tempore,ex quauis,etiam rationabili,cauſa,etiam in Capitulo generali propoſita,& declarata,citra Rom. Pont. pro tempore exiſtentis, auctoritatem,&c. præſtitum reſilire, ſeu recedere,&c. nec ſuper his quacunque ratione reſtitutionem in integrum,reductionem ad terminos iuris, ac quoduis aliud iuſtitiæ, vel gratiæ remedium impetrare, aut etiam ab alio,vel alijs impetrato,aut etiam Motu ſimili conceſſo, vti poſſe; prædictaque omnia & ſingula,ac præſentes Literas nullo tempore violari,nec infringi;nec ſubreptionis,obreptionis,aut nullitatis vitio,ſeu intentionis noſtræ,alioue quopiam defectu notari,ſiue argui poſſe,&c.neque illa ſub ſimilibus,&c.Et nihilominus ſi derogari,&c. & ita per quoſcunque Iudices,&c. Non obſtan. &c.

Conſtitutio Capituli generalis de Anno 1568. de electione Abbatis S. Benedicti,& Generalis. vt in lib. Conſtitutionum impreſſarum. Cap. 17.

QVantum ad electionem Generalis,&c. cum conſilio, & conſenſu Suæ Maieſtatis, & cum beneplacito S. Sanctitatis decreuimus: quod deinceps inuiolabiliter in electione Generalis noſtræ Congregationis obſeruetur forma, quæ ſequitur. Quòd vno triennio liberè Conuentus S. Benedicti eligat ex omni Congregatione duas perſonas,quæ ſibi videbuntur magis conuenire bono regimini ſpirituali,& temporali Ordinis; & Congregatio per cedulas, & vota ſecreta eligat vnum ex illis duobus: qui ſit Abbas S.Benedicti, & Generalis totius Ordinis:& altero triennio Congregatio cum eadem libertate,& ſecretò eligat etiam ex ea vniuerſa duas perſonas, quæ magis videbuntur conuenire; & de illis per cedulas, & vota Conuentus S. Benedicti eligat vnum pro Abbate S. Benedicti,& Generali:ſicut dictum eſt,&c. Et cum hoc imponitur perpetuum ſilentium partibus:vt deinceps non innouent, neque alterent, neque tractent de mutanda,nec alteranda re aliqua de ijs, quæ hic ordinata ſunt circa electionem; quandoquidem facta ſunt cum tanto conſilio,& deliberatione Congregationis,& cum conſilio Suę Maieſtatis, & confirmatione, & Bulla Suæ Sanctitatis Noſtri Sanctiſsimi Patris Pij V.& cũ quo,medio Domino noſtro,ſperamus,quod manebit in Ordine perpetua quies, & fraternitas cum Domo S. Benedicti;quandoquidem eſt illius Caput. N.22.

Compromiſſum Congregationis circa electionem Generalis in manibus bo. me. Philippi II. Regis Catholici. vt in regeſtro fol. 186. & 329. & 519. & 695.

NOtum ſit omnibus præſentem ſcripturam viſuris;quod Nos Abbates,& Procuratores Congregationis S. Patris & Domini S. Benedicti congregati,& coaduna- N.23. §.1.

ti in Monaſterio S.Benedicti el Real huius Ciuitatis Valliſoleti,in Cappella de los Viueros; in qua congregati ſumus ad eligendum Generalem dictæ noſtræ Congregationis, & ad tractan. & incumben. rebus, & negotijs tangentibus, & concernentibus dictam noſtram Congregationem; conuocatis, & congregatis nominatim ad caſum infraſcriptum ad ſonum campanæ pulſatæ, prout de more ſolemus; & præſentibus nobis Fr. Antonio de Prado Abbate Monaſterij S.Benedicti Valliſoletañ.& Generali totius Congregationis illius,Fr.Ioanne Ximenez, &c. omnes Abbates & Procuratores dictorũ Conuentuum prædictæ noſtræ Congregationis S.Benedicti:qui fatemur nos conſtituere maiorem partem Abbatum, & Procuratorum dictæ noſtræ Congregationis: pro nobis, & nomine noſtrorum Conuentuum,pro quibus præſtamus cautionem de rato, & iudicatum ſoluendo,quod ſtabunt,& acquieſcent, & adimplebunt hanc ſcripturam,nec ibunt contra illam; & ſi contra fecerint, vel venerint,nos illam adimplebimus pro eis: dicimus nos Abbates auctoritate, qua fungimur,vigore noſtrarum Dignitatum, & virtute auctoritatis nobis per Conſtitutiones noſtras conceſſæ:& Procuratores virtute mandati ampli nobis dati à noſtris Conuentibus per Conſtitutiones noſtras, ad interueniendum eorum nomine, conſentiendum, & ſtabiliendum omnia, quæ per Congregationem noſtram ordinata fuerint,& diffinita:etiamſi talia ſint,quæ requirant ſpecialius mandatum; ne poſtea dubitari contingat,an vim habeant ea, quæ in Capitulo generali ſancita fuerunt; vt apparet ex dictis noſtris Conſtitutionibus Anno 25. decretis, & ab eo tempore citra vſu receptis,& obſeruatis;& illis vtentes declaramus:quod in Capitulo generali prædicto,ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ,dedimus mandatum perſonæ,vel perſonis, per P. Fr. Antonium de Prado Generalem Congregationis noſtræ nominandæ, ſeu nominandis ad comparendum coram S. Sanctitate,& coram Rege Domino Noſtro,Præſidente, & Auditoribus ſui Regij Conſilij, & Cameræ, & alijs Iudicibus;& petendum, ac ſupplicandum.

§. 2. Quod dicta electio Generalis fieret per vniuerſam Congregationem: nominante dicta Congregatione ſolummodò vnam perſonam,quę eſſet Caput, & Generalis totius Congregationis:abſque eo quòd Domus S. Benedicti huius Oppidi Valliſoleti poſſet eligere,vel nominare aliquo triennio dictum Generalem, prout hactenus fecit. Cum id ſit vtilius,& æquitati conformius,quod eligatur per vniuerſam dictam Congregationem:in qua inter octingentos Monachos inuenirentur perſonæ qualificatæ plures, quam inter quinquaginta, vel 60. Monachos, qui ſunt in Conuentu S. Benedicti huius prædicti Oppidi. Non obſtan. quacunque Concordia, etiam iurata, & confirmata per ſuam Sanctitatem.

§. 3. Et vt electiones Abbatum Domorũ particularium fierent per Sacrum Diffinitoriũ, vt Domus S. Benedicti huius Oppidi accederet bono animo ad dictam electionem, quæ prætenditur Generalatus:propter inconuenientia magna,quæ experti ſumus,& experimur quotidie, quod coarctetur Congregatio in electione Generalis,& quòd illa liberè fieri non poſſit per vniuerſam Congregationem, ſine reſpectu dicti Conuentus S. Benedicti:& alijs de cauſis,& rationibus, quas dicere,& allegare proteſtamur.Quod mandatum factum fuit coram preſenti Notario die 14.Menſis Maij, Anni 1586.& hactenus non fuerat diffinitum, nec terminatum, aut declaratum quomodo fieri debeat electio Generalis & Abbatum: & modo in hoc præſenti Capitulo generali tractauimus,& conſuluimus ſuper eo, & in ſuſpenſo fuimus circa confectionem dictæ electionis; & ſic eſt, quod Don Hieronymus Manrique Dei gratia Epiſcopus Salamantin. qui de mandato Regis Domini noſtri interuenit huic Capitulo generali,& in cuius præſentia confecimus præſentem ſcripturam, nomine S.Maieſtatis nobis dixit, & atteſtatus eſt:quod Rex Dominus Noſter vult,& eſt eius voluntas,quod componamus, & compromittamus in eius

Regijs

Regijs manibus deciſionem & ſententiam vltimam in cauſa, quam S. Congregatio tra-ctauit cum prædicto Monaſterio S. Benedicti el Real ſuper electione Generalis, & ſuper electionibus Abbatum:an illas facere debeant Conuentus, vel Diffinitorium, vt S. Maieſtas id determinet,& ſententiet diffinitiuè. Et id nobis gratum fuit,& eſt:& per præſentem oēs vnanimes,& vna voce,& voluntate,& concorditer,nemine diſcrepante,exceptis filijs S. Benedicti profeſſis, qui præſentes erant,fecimus Decretū tenoris ſequentis.

Die Veneris 5. Maij 1589. habita fuit Seſſio de mane; & illa habita cum D. Epiſcopo fuit propoſitum Sacræ Congregationi, quòd ſi ei videretur compromittere in manibus Regis D. N. deciſionem, & ſententiam vltimam in cauſa,quam Sacra Congregatio tractauit cum Conuentu S.Benedicti el Real Valliſoletan. ſuper electione Generalis, & ſuper electionibus Abbatum:an illas facere debeant Conuentus,aut Diffinitorium; & vniuerſa Sacra Congregatio vnanimis,& conformis dixit: Quod ex nunc compromittebat in S. Maieſtatem Regis Don Philippi D. Noſtri, & ponebat in eius Regijs manibus dictam determinationem,& vltimam ſententiam circa dictas cauſas,& formas electionū, vt S.Maieſtas determinet,& mādet id,quod magis ſibi viſum fuerit,& vtilius idē iudicauerit expedire pro Dei cultu,& quiete,pace, & tranquillitate, & augmento huius Sacræ Religionis. Excluſi fuerunt ab iſta Seſſione,tamquàm aduerſarij intereſſati,filij S. Benedicti,qui fuerunt inuenti Capitulares; videlicet P. Abbas Salamantin. Pater Abbas S. Iſidori P.Abbas S.Stephani cum ſuis Procuratoribus. Pater Abbas Hiſpalen. P. Abbas de Monforte. P.Abbas Zamoreñ. P. Magiſter de Irache. Fr. Franciſcus Giron Procurator de Lorenzana. P. Fr. Franciſcus de Azpeytia Procurator S. Benedicti. Fr. Alfonſus de Iuara Secretarius Cōgregationis & filius S.Benedicti,omnes filij profeſſi Domus S.Benedicti:dempto Patre Abbate de Fromeſta, Fr.Martino de Corral, qui cōcurrit huic compromiſſo,& illi conſenſit:non obſtan. quod ſit filius S. Benedicti. Quapropter conformantes nos reſolutioni ſuperius narratæ,omnes inſimul vnanimes, & concorditer,nemine diſcrepante,exceptis ſupradictis filijs profeſſis S.Benedicti Capitularibus,qui præſentes erāt,vt declaratum fuit: ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ ex nunc compromittimus in Regem Don Philippum D. N. & ponimus in eius Regijs manibus dictam determinationem,& vltimam ſententiam ſuper dictis cauſis,& forma electionis; vt S. Maieſtas determinet,& iubeat id, quod ſibi melius viſum fuerit, & placebit, & viderit conuenire cultui Diuino,quieti,paci,& tranquillitati, & augmento huius Sacræ Religionis: & nos obligamus,& Domos noſtras,quod ſtabimus, & acquieſcemus vltimæ ſententiæ, & determinationi,quam S.Maieſtas præmiſſorum cauſa fecerit: & quod non appellabimus, nec reclamabimus ab ea vlla de cauſa; licèt de iure appellationi locus eſſet; & nobis permitteretur, ſub pœnis, quæ nobis imponentur: ad quas ex nunc prout ex tunc, contrarium faciendo,ex nunc habemus nos pro condemnatis; & volumus, quod ſtatim pro illis fiat executio ſuper bonis noſtris,iuxta formam Cōſtitutionis Madriti,& aliarum legum, & pragmaticarum horum Regnorum. Et pro adimplemento præmiſſorum obligamus bona,& redditus noſtrorum Conuentuum; & damus auctoritatem Regi D. Noſtro, & quibuſuis perſonis & Iudicibus,coram quibus de iure debemus, & poſſumus nos ſubijcere, vt nos compellant,& cogant ad ita adimplendum, ſoluendū,& pro firmo habendum, omni iuris rigore,& via executiua, vel alio quouis modo; vt plenum ſortiatur effectum, ac ſi eſſemus condemnati ad id per ſententiam diffinitiuam Iudicis competentis,per nos petitam, & cui conſenſum præſtitiſſemus, & in rem iudicatam tranſitam. Super quibus renunciamus quibuſcumque legibus nobis fauorabilibus; & legi,ac iuri dicenti. Generalem renunciationem legum factam non valere. Et pro maiori validitate concedimus omnes ita coram Notario publico,& teſtibus præſentem ſcripturam: quæ facta fuit in prædicto Oppido Valliſoleti, exiſten. in Monaſterio S.Benedicti el Real, eadem die 6. men-

 ſis Maij,

ſis Maij, Anni 1589. præſentibus ad præmiſſa, qui viderũt ſubſcribere eorum nominibus in regeſtro dictos conſtituentes P. Abbatem Generalem Abbates, & Procuratores ſupradictos, &c.

Mandatum Congregationis in Fr. Hieronymum de Gante ad cauſam compromiſſam coram Rege Catholico. vt in regeſtr. fol. 102. & 533. &....

N. 24. §. 1. IN Dei nomine Amen. Cunctis pateat hoc præſens publicum mandati Inſtrumentum viſuris: quod in Monaſterio S. Benedicti el Real huius admodum nobilis Oppidi Valliſoleti, die vigeſima mẽſis Maij, Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimonono, Indictione ſecunda, Pontificatus Sanctiſſimi D. Noſtri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno quinto. Et in præſentia mei Melchioris Gallo del Caſtillo publici Apoſtolica auctoritate Notarij, & Audientiæ Abbatialis, & ordinariæ huius prædicti Oppidi Valliſoleti, teſtiumque infraſcriptorum perſonaliter conſtituti, & congregati in eorum Capitulo generali, nominatim præſentes D. Dominus Hieronymus Manrique Epiſcopus Salamantinus Præſes Congregationis, Fr. Petrus Docãpo Abbas dicti Monaſterij S. Benedicti el Real Valliſoletan. & Generalis dictæ Congregationis, &c. & dixerunt: quod cum iſta prædicta Sacra Congregatio fecerit quoddam compromiſſum in manibus Regis D. Philippi D. Noſtri concernens ius, quod dicta Congregatio habet, & prętendit habere ad electionem Generalis prædicti Ordinis S. Benedicti ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, & vt contenta in dicto compromiſſo effectum ſortiantur per dictam Congregationem optatum, melioribuſque modo, via, & forma, quibus poterant, & de iure licebat, dabant, & cõcedebant, dederuntq., & conceſſerunt vnanimes, & conformes omnem eorum poteſtatem completam Fr. Ioanni Ximenez Abbati de Najera, & Fr. Hieronymo de Gante Abbati del Eſpino, & Fratri Ioanni de los Arcos Abbati de Irache, & Fr. Ioanni de Guzman in Romana Curia Procuratori, & eorum cuilibet inſolidũ, ſpecialiter & expreſſe, vt nomine huius prædictæ Sacræ Congregationis, & prout ipſimet repræſentando eorum proprias perſonas, ſeu ille qui electus fuerit, & nominatus per dictos Fr. Petrum Docampo Generalem, Fr. Petrum Barua Abbatem Monaſterij Ciuitatis Salamantinæ, Fr. Antonium de Cordoua Abbatem Monaſterij B. Mariæ de Obarenes, Fr. Antonium de Comontes Procuratorem Monaſterij S. Iacobi, Fr. Andream de Anzuriza Procuratorem Monaſterij S. Petri de Cardegna, & Fr. Didacum de Ledeſma Procuratorem Monaſterij prædictæ Ciuitatis Salamantinæ Diffinitores electos, & deputatos per dictam Sanctam Congregationem hoc præſenti anno 1589. Quam electionem, & nominationem, & illum qui ab eis fuerit electus, & deputatus ex nunc approbabant, ac ſi vniuerſa prædicta Congregatio in ſuo Capitulo generali illum elegiſſet, & deputauiſſet; poſſint, & quilibet eorum poſsit comparere, & compareat coram prædicta Maieſtate Regis Domini Noſtri in quouis loco reperietur, & fuerit; ac tractare, & communicare cum eo omnia contenta in dicto compromiſſo per ipſos facto, de & ſuper ac occaſione dictæ electionis Generalis; & talis electus & nominatus per dictos Diffinitores poſſit facere dictas diligentias circa inſtruendam, & informandam S. Maieſtatem de eis, quæ hæc prædicta Sancta Cõgregatio pro illius quiete, & vtilitate prætendit; attento quod vniuerſa hæc Sacra Congregatio præfata, præter Capitulares filios, & profeſſos Domus S. Benedicti huius prædicti Oppidi, (excepto P. F. Martino de Corral Abbate de Fromeſta,) conceſſerunt dictum compromiſſum: & poſſit facere circa præmiſſa omnes alias diligentias, quæ ſibi neceſſariæ videbuntur, & quas dicti con-

Digitized by Google

ĉti conſtituentes facerent, & facere poſſent, ſi perſonaliter intereſſent: etiam ſi talia forent,& talis qualitatis, quæ in ſe de iure requirerent,& habere deberent ſuum ſpecialius mandatum,& præſentiam perſonalem,quàm hic ſit expreſſum; quia quam plenum, & ſufficiens mandatum,prout ipſi habent,& tenent ad omnia præmiſſa,& eorum quodlibet,aliud tale,& illudmet dederunt,& conceſſerũt prædictis Procuratoribus, & eorum cuilibet; & ſic eligendo, & nominando per dictos Diffinitores: cum omnibus ſuis incideñ.dependeñ.annexis,& connexis,& cum libera & generali adminiſtratione. Quos, & eorum quemlibet releuarunt ab omni onere ſatisdationis, cautionis, & fideiuſsionis, ſub clauſula iuris Iudicio ſiſti & Iudicatum ſolui; cum omnibus ſuis clauſulis conſuetis: obligarunt bona, & redditus præfatæ Sacræ Congregationis præſentia & futura, quòd habebunt bonum,firmum, ratum,gratum,ſtabile,& validum quicquid per eos factum fuerit,dictum, tractatum,&procuratum;& non ibunt,neque venient contra ea nũc, nec vllo tempore. In quorum teſtimonium conceſſerunt iſtud mandati Inſtrumentum die,menſe,anno, loco, Indictione, & Pontificatu, quibus ſupra: præſentibus Alfonſo Garſia,& Dominico de Soto,& Io. Baptiſta Gallo del Caſtillo filio mei prædicti Notarij commorante,& reſidente in hoc prædicto Oppido, ad præmiſſa vocatis, & rogatis. Ego Melchior Gallo del Caſtillo Notarius publicus, qui præmiſsis vnà cum præfatis teſtibus præſens fui,ideò ſcribere feci,ſubſcripſi,& ſignaui.In fidem, & teſtimonium veritatis. Melchior Gallo del Caſtillo Notarius.

Ego Fr. Victor de Najera Secretarius Congregationis S.Benedicti fidem facio:quod Sacrum Diffinitorium elegit, & nominauit Fr. Hieronymum de Gante Abbatem Beatæ Marię del Eſpino,vt ad Curiam ſe conferat;& nomine Sacræ Congregationis tractet cum S. Maieſtate Regis Domini noſtri negotium inter Congregationem & Domum S. Benedicti. Datum Valliſoleti, die 6.Iunij Anno Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo nono, &c. §.2.

Literæ Regis Catholici ad Conuentum Valliſoletanum. vt in regeſtro fol. 345.

REX. RR. & deuoti Patres.Congregatio Ordinis S. Benedicti miſit ad me quoddam compromiſſum,vt ego determinem id, quod melius mihi viſum fuerit conuenire cultui diuino,paci,& quieti, & tranquillitati, & augmento huiuſmodi Religionis circa differentiam,quæ viget inter hanc Domum,& dictam Congregationem ſuper electionibus Generalis,& Abbatum aliorum Conuentuum eiuſdem. Et cum venerit huc ad hoc negotium ex parte veſtra Fr.Petrus de la Cueua Abbas Monaſterij Zamoreñ. & ex parte dictæ Congregationis Fr. Hieronymus de Gante Abbas Monaſterij Beatæ Mariæ de Eſpino:præcepi,quòd aliqui de meo Conſilio, & aliæ perſonæ Religioſæ, quas ad id deputaui,tractarent de eo,quod hoc concernit:prout fecerunt particulariter; & cum interuentu dd. Abbatum,præſente Fr.Ioanne de Silua Conuentuali huius prædictæ Domus,reſolutum fuit id, quod videbitis in ſcriptura, quę cum præſentibus tranſmittitur, ſubſcripta à dictis Abbatibus,& à dicto Fr.Ioanne: Actis Madriti, nona præſentis menſis. Et quia mihi viſum fuit optimum id,quod in ea continetur: propter Dei cultum, pacẽ, & concordiam inde emanandam, volui vobis tranſmittere dictam ſcripturam, voſque monere;quod expediet,vt præſteris conſenſum veſtrum,vt effectum habeat; & vt quanto citius illam tranſmittatis in forma conuenienti ad manus Ioannis Vazquez de Salazar mei Conſiliarij,& à Secretis Cameræ:vt tranſmitti poſſit expeditio Romam,vt petatur confirmatio omnium à S. Sanctitate:quia propter obligationem,quam habeo, tamquam Patronus dictæ Domus, & dicti Ordinis, cupio illius augmentum, & quietem N.25.

Religioſo-

Religioſorum;gauderemque, quòd hæc conſequeretur aliqua via. Madriti 18. Aprilis 1591. Ego Rex.

Capitula miſſa à Rege Catholico ad Conuentum Valliſoletan. vt in regeſtro. fol. 348.

N.26. §.1. AD quietandum, & concordandum differentias,& inquietudines exiſtentes inter Conuentum S.Benedicti Regij Valliſoletañ.& Congregationem illius,ſuper electione Generalis,& alijs hic contentis,*de conformidad de ambas partes, han parecido conuenientes los medios ſiguientes*. vtraque pars vniformiter cenſuit expedire media, quæ ſequuntur.

§.2. Quod in Capitulo generali ex nunc in poſterum perpetuo incipien.à primo fien.& celebran.de Anno 1592.Abbates, & Procuratores, & ceteræ perſonæ habentes votum in dicto Capitulo generali,eligant ex tota Congregatione S.Benedicti liberè Abbatem S. Benedicti,& Generalem eorum Congregationis; abſque eo, quod Monachi S. Benedicti el Real Valliſoletan. habeant votum actiuum in tali electione: exceptis Capitularibus.Qui quidem Generalis prædictus ita electus eſt, & eſſe debeat inſimul Abbas dicti Monaſterij S. Benedicti: prout ad præſens exiſtit. Ita quod dicta Congregatio eligat in prima electione fienda de dicto Anno 1592. in Abbatem, & Generalem eam perſonam, quæ ſibi melior viſa fuerit de tota Congregatione iuxta formam Regulæ, & Conſtitutionum ad triennium; & eo finito, dicta Congregatio eligat ad aliud triennium ſequens Monachum profeſſum dictę Domus S. Benedicti præciſe in Abbatem dictæ Domus, & Generalem dictæ Congregationis,iuxta formam dictæ Regulæ, & Conſtitutionum eũ, qui melior ſibi viſus fuerit;abſque eo quod Monachi dicti Conuentus S.Benedicti Valliſoletan. qui non habebunt votum Capitulare,votent in eadem: alternando ita, ſemel pro vno triennio eligendo liberè Congregatione,eum, qui eidem melior videbitur ex tota Congregatione: & altero triennio illum, quem cenſuerit magis aptum profeſſum Domus S. Benedicti Valliſoletan. & hic ordo ſeruetur,& perpetuò duret. Et quia Domus S. Benedicti Valliſoletan. & Monachi illius habuerunt, & habent vocem actiuam in electione Generalis, & ex nunc in futurum illam non ſunt habituri, vt dictum eſt: Congregatio eligere debet,& eligat ſingulo triennio in perpetuum, inter octo Diffinitores,vnum,qui ſit dictæ Domus S. Benedicti,ex illis, qui de præſenti deguerint, quando celebrabitur dictum Capitulum,in dicta Domo,ſeu fuerint in dicto Capitulo.

§.3. Item quod ex nunc in futurum perpetuò Abbates, qui ſolebant eligi per eorum Conuentus, vacent in quolibet Capitulo generali, inchoando ab hoc primo celebrando de Anno futuro 1592.& in eo eligantur dicti Abbates per Generalem, & Diffinitores nouiter electos in dicto Capitulo;non alterato modo,& ordine,quem Domus, quæ habent Filiationes ad præſens ſeruant in prouiſione ſimilium Filiationum: imò relinquendo eas in earum ſtatu,& fòrma, quam ad præſens tenent.Et vt liberius,& rectius procedatur, & fiant dictæ electiones, dicti Diffinitores non habeant votum paſſiuum ad Abbatias in eo Capitulo:excepto ſi in diſcurſu dicti triennij vacauerit aliqua Abbatia per obitum alicuius Abbatis:quia in tali caſu poterunt eligi pro reſiduo dicti triennij.

§.4. Item quod Prioratus Ordinis reformentur quoad tangentia numerum Monachorũ, quos ſuſtentare debent pro obſeruantia Regulæ, & diſciplinæ Monaſticæ, ita quod ſaltem aſſiſtant quatuor Monachi in quolibet, & inde ſupra;iuxta formam quantitatis, & qualitatis dictorum Prioratuum,& aliorum onerum, quæ habent;& illi qui non poterunt ſuſtentare dictum numerum reducantur ad Conuentum, apponendo ſeruitium Clericorum amouibilium ad nutum propter onera illis incumbentia.Et Abbates prouideant de

perſonis

Digitized by Google

perſonis non Monachis pro adminiſtratione, & beneficio bonorum, exceptis Prioratibus dicatis Hoſpitalitati, & illo de Morayme deſeruiente pro impenſa Capituli generalis.

2 Et pro robore, & validitate ſuperius contentorum dicta Congregatio, & Domus S. Benedicti in principio cuiuslibet Capituli generalis iurare debent perpetuam illorum obſeruantiam. Et in primo Capitulo Anni 92. debent acceptare, & iurare de obſeruandis rebus hic contentis circà electiones Generalis, Abbatum, & Diffinitoris; & inde in antea in quolibet Capitulo, vt dictum eſt. Et ſi aliquis ipſorum iurare noluerit, vel non obſeruauerit hic contenta, excludatur à dicto Capitulo, & priuetur voce actiua & paſsiua ipſo facto in perpetuum. Et pars quæ tractauerit de alteran. ſupradictis, ſi fuerit Congregatio, quod Conuentus S. Benedicti ſolus inſolidum faciat electionem dicti Abbatis, & Generalis: & ſi dicta Domus S. Benedicti el Real Valliſoletan. illud alterauerit, quod Congregatio eligat liberè, ſine reſpectu eligendi filium profeſſum ex dicta Domo Abbatem Generalem. Et quia hoc fit ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, peti debet Bulla confirmatoria cum alijs pœnis, & cenſuris Sanctitati Suæ beneuiſis: quæ obtineri debet ad inſtan. Sereniſsimi, & Catholici Philippi Regis Hiſpaniæ Patroni dicti Monaſterij S. Benedicti Valliſoletan. & totius Ordinis. In qua S. Sanctitas ſupplere debet omnes defectus, qui interueniant in dictis electionibus tàm ſolemnitatum, quàm iuris & facti: & remanere debent in ſuo robore, & vigore (exceptis hic annotatis & contentis) Bullæ, fauores, & Conſtitutiones quas dicta Congregatio, & Domus S. Benedicti habẽt, non contrauenientes hic diſpoſitis, & ordinatis. Quæ omnia prout, & quemadmodùm dicta ſunt, nos Fr. Petrus de la Cueua Abbas S. Benedicti Zamoren. nominatus per Generalem, & per Conuentum S. Benedicti Valliſoletan. ad tractan. præmiſſa, & Fr. Hieronymus de Gante Abbas Domus Beatæ Mariæ de Eſpino, & Diffinitor prædictæ Congregationis nomine illius, & vigore mandati, quod ad hoc habeo, facto coram Melchiore Gallo del Caſtillo Notario Apoſtolico, & Abbatis Valliſoletan. ſub dat. die 20. Maij, Anni 1589. ſubſcripſimus nominibus noſtris: aſſiſtentibus omnibus præmiſſis Fr. Ioanne de Silua Conuentuali S. Benedicti Valliſoletan. & collega dicti Abbatis Zamoren. Quæ acta fuerunt Madriti die 9. Aprilis 1591. Et de his extractæ fuerunt quatuor copiæ; vna quæ penes Secretarium Ioannem Vazquez de Salazar manet; & duas habuerunt dictæ partes: & alia mittitur ad Conuentum Valliſoletan. Fr. Petrus de la Cueua Fr. Hieronymus de Gante. §. 5. N. 26.

Literæ Conuentus Valliſoletañ. ad Regem Catholicum. vt in regeſt. fol. 355.

DOMINE.

EST tanti momenti, quod Maieſtas Veſtra adhibuerit operam in condenda forma, quam vidimus, circà differentiam, quam habent cum hac Domo reliquæ illius Congregationis ſuper electione Prælati Generalis Ordinis; quod ſolus hic reſpectus nos deuincit, vt promptiſsimè hoc amplectamur: & demittamus capita nouo modo obſeruan. ex nunc in poſterum eligen. Prælatum noſtrum: quoniam cum approbatus fuerit per Maieſtatem Veſtram, ille expedientior erit omnibus, qui excogitari potuiſſent. Sicque in his ſequemur voluntatem Maieſtatis Veſtræ, ſicut in ceteris omnibus cum omni obedientia, & multum hilariter. Maieſtas tamen Veſtra dignetur animaduertere; quod ſicut certi ſumus de ſancto zelo, quo Maieſtas Veſtra circa hoc proceſſit, & de optimo fine, qui ſe ſe obtulit Maieſtati Veſtræ circa pacem, vnitatem, & quietem animorum, quam cupit videre in omnibus Religioſis huius Congregationis, iudicando illã poſſe conſequi hac via; ſic veremur, quod potius occaſionem maioris inquietudinis præbebit Congre- N. 27.

gationi,

gationi; & excitabit eorum iniuſtam prætenſionem,vt illam vlterius prouehant: anhelantes ſemper, vt vltimo ſpolient hanc Domum eo modico, quod à ſuo primæuo & antiquo honore,&auctoritate ſibi remanſit: promitten̄. eis hanc fælicem diem, quod quoties nobiſcum intrant in bello, victoriam aliquam ſemper reportant in quouis medio. Noſtra ſemper erit, quantumcunque magis, ac magis perdamus, vt ſemper promptè ſimus parati obedire M. V. ad quam ſpectant hi parietes, bona, perſonæ, honor & auctoritas huius Domus: illaque omnia reſignamus in manibus M. V. vt tanquam Patronus, & Dominus omnium nos defendat, & tueatur. Et cum velit, quod acquieſcamus huic nouo medio (cum illud medium de Anno 63. quod adeò placuit M. V. perierit) dignetur etiam ei tantam vim & robur tribuere, vt appareat in illius perpetuitate eſſe formam, & opus Suæ Regiæ prudentiæ, prout ſperamus: remanentes quantum poſſumus grati fauoribus, quibus continuo M. V. nos proſequitur, & quos ſemper recipere ſperamus. Deus conſeruet Catholicam perſonam M. Veſtræ. Ex S. Benedicti Conuentu. Valliſoleti. 8. Maij, 1591. Fr. Petrus Docampo Generalis S. Benedicti.

Mandatum Conuentus Valliſoletan. vt Procuratores agant cum Rege Catholico,& acceptent quicquid ipſe laudauerit. vt in regeſtro fol. 710.

N. 28. NOtum ſit omnibus hoc mandatum procuræ viſuris: qualiter Nos Abbas, Monachi, & Conuentus Monaſterij S. Benedicti Regij huius Villæ Valliſoletan. exiſtentes, & ſicuti exiſtimus inſimul congregati in noſtro Capitulo, conuocati ad ſonitum campanæ, ſicut ſumus ſoliti ad negotia, & caſus, & facien. & emologandum ſcripturas ad nos pertinentes, & hunc dictum noſtrum Conuentum; videlicet Magiſter Fr. Petrus Docampo Abbas huius dictæ Domus, & Generalis ſuę Congregationis, Fr. Didacus de Ahedo Prior maior, &c. omnes Monachi profeſſi, qui ſumus maior pars Monachorum huius dicti noſtri Conuentus, & ceterorum Monachorum abſentium ab eo: pro quibus præſtamus cautionem de rato, iudicatum ſoluendo, quod ſtabunt, & tranſibunt per id, quod per nos infra erit emologatum, & illud obſeruabimus, & adimplebimus, & obſeruabūt, & adimplebunt; & ad illud obligamus nos, & dictum noſtrum Monaſterium, & Conuentum, & ad illud facimus obligationem, quantum ſufficiens de iure requiritur: Nos prædicti Abbas, & Monachi dicti Monaſterij S. Benedicti Regij huius dictæ Villæ per nos, & per dictum noſtrum Conuentum emologamus, & cognoſcimus per hanc chartam, quod damus noſtrum mandatum procuræ adimpletum, quantum ſufficiens de iure requiritur, & eſt neceſſarium Fr. Petro de la Cueua Abbati Monaſterij S. Benedicti dictæ Ciuitatis Zamoren̄. & Fr. Ioanni de Silua Monachis profeſſis huius dictæ noſtræ Domus, & Monaſterij, & vnicuique illorum de per ſe inſolidum, ſpecialiter vt noſtro nomine, & huius dicti noſtri Monaſterij, & Conuentus poſſint paciſci, & conuenire cum S. Maieſtate Regis Don Philippi D. Noſtri, vel cum ſuis miniſtris, vel cum quibuſcunque alijs perſonis, cum omnibus, & vnaquaque illarum, & cum quibus voluerint, quoſcumque pactus, Conuentiones, Capitulationes, quæ dicti Fr. Petrus de la Cueua, & Fr. Ioannes de Silua, aut quilibet illorum eis videbuntur, & pro bono habuerint; circà, & in ratione differentiæ, & prætenſionis, quam Congregatio noſtri Ordinis S. Benedicti tractauit, & tractat, & prætendit nobiſcum, & cum hoc dicto noſtro Monaſterio, & Conuentu ſuper electione Abbatis huius dictæ noſtræ Domus, & Conuentus, qui eſt Generalis ſuæ Congregationis: & ſuper electione ceterorum Abbatum aliarum Domuum noſtræ Congregationis: non obſtan̄. Concordia, quæ facta eſt, & ſumpta per dictam Congregationem, & hoc dictum

noſtrum

noſtrum Monaſterium: quæ facta, & ſumpta fuit cum benepiacito Suæ Maieſtatis,& eſt confirmata,& approbata per noſtrum Sanctum Patrem Pium V. fæ.re. Item damus eis mandatum,vt poſſint ſupradicti,vel quilibet illorum acceptare,conſentire,& approbare quoſcumque pactus,& Capitulationes: & in ceteris,quæ in ratione ſupradicti, & ab eo dependentis fuerit pactum,& conuentum:& paciſci,& conuenire de nouo quidquid voluerint,& S. Maieſtas voluerit quod efficiatur,& fiat:quod dicti Fr. Petrus de la Cueua, & Fr. Ioannes de Silua,& quilibet illorum inſolidum poterunt illud facere,& paciſci,cōuenire, & emologare in forma, qua voluerint.& pro bono habuerint. Nam ad illud damus eis mandatum adimpletum, & integrum, & vt in ratione illius coram quibuſcumq. Scribis,& Notarijs iudicialiter,vel extraiudicialiter poſſint facere quoſcunque pactus,& emologare quaſcunque ſcripturas, conuentiones,& tranſactiones,Capitulationes,& ceteras ſcripturas,& acta, quæ voluerint:obligando hunc dictum noſtrum Conuentum, & Monaſterium, & bona ſpiritualia,& temporalia ad cuſtodiam,obſeruantiam,& adimplementum illorum:& dando mandatum quibuſcumque Iuſtitijs Eccleſiaſticis, quæ voluerint,cum renunciatione noſtri proprij fori,iuriſdictionis,& domicilij,& huius dicti noſtri Conuentus,& legem ſi non venerit de iuriſdictione:& recipiendum illud noſtro nomine,& huius dicti noſtri Conuentus,vt habeat maiorem vim, & vigorem pro Sētentia diffinitiua lata per Iudicem competentem in contradictorio iudicio, & per nos, & dictum noſtrum Conuentum præſtito ei conſenſu, & quæ tranſiuit in auctoritatem rei iudicatæ: & renunciandum quaſcunque leges,fora,& iura, & ſtabilimenta, & cetera, quæ fuerint in noſtrum fauorem,& dicti noſtri Conuentus; & legem iuris quæ dicit, quod generalis renunciatio legum facta non valeat.Et poſsint noſtro nomine, & huius dicti noſtri Conuentus,& per ſe facere,& emologare dictas ſcripturas, & inſtrumenta, quæ voluerint cū iuramentis,quæ eis videbuntur: quod nos, & hic dictus noſter Conuentus ſtabimus, & tranſibimus, ſtabunt,& tranſibunt per illud,quod ſic conuenerint, & capitulauerint, & emologauerint:& non petemus reſtitutionem in integrum,ex eo quod competat nobis, & dicto noſtro Conuentui beneficium minoris ætatis:& ſi ad illud ſit,vel eſſe poſsit quæcunque læſio enormis,vel enormiſſima. Et poſsint noſtro nomine, & huius dicti noſtri Cōuentus,& Monaſterij ſupplicare S.Sāctitati vt velit approbare,ratificare,& reualidare & confirmare omne illud quod per ſupradictos, vel illorū quemlibet fuerit conuentum, et emologatum,vt ſemper habeat integrum vigorē,& firmitatem obſeruantiæ, & adimplementi:nam ex nunc per nos,& nomine huius dicti noſtri Monaſterij, & Conuentus, ſupplicamus S. Sanctitati illud confirmet,& approbet:& ſuper illud facimus ſupplicationem,& conſenſum de iure neceſſarium; et damus mandatum prædictis Fr. Petro de la Cueua,et Fr.Ioanni de Silua,et vnicuique illorum inſolidum,vt in ratione illius quod continetur in hoc mandato,& ab eo dependentis poſſint facere,& emologare dictas ſcripturas pactuum,Capitulationum,conuentionum,& ſupplicationum,cum omnibus clauſulis,viribus,obligationibus,pœnis,ſcripturis,facultatibus, ſubmiſsionibus generalibus, & ſpecialibus,& cum iuramentis requiſitis,& firmitatibus,quas voluerint, & pro bono habuerint:nam cum fuerit per dictos Fr.Petrum de la Cueua,& Fr.Ioannem de Silua, & vnumquemque illorum pactum,conuentum,capitulatum, & emologatum,& factis dictis ſcripturis,& dictis ſupplicationibus,& conſenſibus, nos ex nunc ad tunc paciſcimur, conuenimus,capitulamus,conſentimus, & emologamus,& approbamus, & ſupplicamus S. Sanctitati illud confirmet,approbet,& reualidet,& ſuper illud facimus ſupplicationē, & conſenſum de iure neceſſarium. Nam ad illud damus dictis Fr. Petro de la Cueua, & Fr.Ioanni de Silua,& vnicuique illorum inſolidum mandatum adimpletum. Et hoc mādatum per nos,& nomine huius dicti noſtri Monaſterij, & Conuentus illis damus;& volumus,quòd intelligatur eſſe generale,& ſpeciale ad omne illud quod noſtro nomine &

F huius

huius dicti noſtri Conuentus,& Monaſterij fecerint, emologauerint, conſenſerint, & publicauerint, quatenus ſi in hoc dicto mandato fuiſſet in particulari declaratum, & ſpecificatum. Quod dictum mandatum Procuræ illis damus cum omnibus ſuis inciden. & dependen. annexis,& connexis,& cum libera,& generali adminiſtratione;& illos releuamus in forma iuris. Et ad effectum quod nos,& hic dictus noſter Conuentus habebimus pro firmo hoc mandatum,& omne quod in virtute eius fuerit factum,& illud obſeruabimus, & adimplebimus, & dictum noſtrum Monaſterium, & Conuentum, illud obſeruabit, & adimplebit, obligamus nos,& dictum noſtrum Monaſterium,& Conuentus, & ſua bona ſpiritualia,& temporalia habita,& habenda:& per nos, & dictum noſtrum Conuentum damus facultatem quibuſcunque Iuſtitijs Sanctæ Matris Eccleſiæ, cuiuſcunque loci fuerint: quarum iuriſdictioni ſubmittimus nos,& dictum noſtrum Conuentum,& ſua bona; & ſpeciali ſubmiſſione illis Iuſtitijs, quibus dicti Fr. Petrus de la Cueua, & Fr. Ioannes de Silua, aut illorum quilibet in ſolidum ſubmiſerint nos, & dictum noſtrum Conuentum: vt corā dictis Iuſtitijs, & vnaquaque illarum ſimus,& dictus noſter Conuentus ſint conuenti, & compulſi ad adimplementum omnium illorum, quatenus, & qualiter ſi contra nos, & dictum noſtrum Conuentum ſic fuiſſet tranſitum per ſententiam diffinitiuam, latam per Iudicem competentem in contradictorio iudicio per nos, & dictum noſtrum Monaſterium,& Conuentum, præſtito ei conſenſu,& tranſitā in auctoritatem rei iudicatæ: Super quo per nos & dictum noſtrum Conuentum renunciamus quibuſcunque legibus, foris,& iuribus, quæ ſint in noſtrum fauorem,& dicti noſtri Conuentus:& legi,& iuri quod dicit, quod generalis renunciatio legis facta non valeat. Et ad maiorem firmitatem illud emologamus ſic,& iuxta quod dictum eſt coram præſenti Scriba publico, & teſtibus infraſcriptis. Quæ fuit facta, & emologata in dicta Villa Valliſoletan. exiſtentibus in dicto Monaſterio,& Conuentu S. Benedicti Regij eiuſdem, Die 13. Menſis Iulij. Anni Domini 1591.&c. Et ego Petrus Fernandez de Collantes Scriba publicus,&c. In teſtimon. veritatis. Petrus Fernandez de Collantes.

Laudum & Sententia Regis Catholici,& acceptatio illius à Procuratoribus Monaſterij. vt in regeſtro fol. 693.

N.29. DOn Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Legionis, Aragonum,&c. Quoniam inter Abbates,& Procuratores Congregationis Ordinis S. Benedicti, & Abbatem,

§.1. Monachos et Conuentum Monaſterij S. Benedicti Valliſoletan. tractatæ ſunt multæ lites, et differentiæ ſuper forma,& ordine, qui teneri debet in electione Abbatis dictæ Domus,& Conuentus S. Benedicti Regij Valliſoletan. qui eſt Generalis dictæ Congregationis:& ſuper electione aliorum Abbatum ceterarum Domuum dictæ Cōgregationis: & vt dictæ lites,& cauſæ ceſſarent,& eſſet pax & concordia, compromiſerunt in manibus meis dictam differentiam,& prætenſionem: vt ego poſſem illam determinare, & dare ſuper eam Sētentiam vltimam, ſicut magis conueniret ſeruitio Dei Domini Noſtri, quieti, paci, & augmento dictæ Congregationis, per vnum Inſtrumentum compromiſſi, quod in illius ratione fecerunt, & emologarunt ante Alfonſum Perez Ceron Notarium ex numero dictæ Villæ,&c. ſub datum ſexta die menſis Maij, Anni præteriti 1589.&c. corā me præſentatum: cuius tenor eſt qui ſequitur.

§.2. Notum ſit omnibus, qui præſens publicum Inſtrumentum viderint: qualiter Nos Abbates,& Procuratores Congregationis B. Patris S. Benedicti die Veneris,&c. Dixerunt. Quod ex nunc compromittebant in S. Maieſtate D. Philippi D. N. & ponebant in Suis Regijs manibus dictam determinationem,& Sententiam vltimam ſuper dictis cauſis, & formis electionum, vt S. Maieſtas determinet,& iubeat illud quod magis voluerit,& me-

lius

Digitized by Google

lius viſum fuerit expedire ad ſeruitium Dei Domini Noſtri, quietem, pacem, & tranquillitatem, & augmentum S. Religionis. Fuere excluſi ab hac Seſsione, ſicut partes intereſſatæ, profeſſi S. Benedicti, qui reperti ſunt Capitulares: qui fuerunt Pater Abbas Salamantin. &c. Ideò conformantes nos cum dictis actis ſupra inſertis, omnes ſimul vna voluntate, & concordia, nemine diſcrepante, exceptis filijs profeſſis S. Benedicti Capitularibus, qui præſentes erant, &c. ſub beneplacito Sedis Apoſt. ex nunc compromittimus in Rege Don Philippo D. Noſtro, & ponimus in Suis Regijs manibus dictam determinationem, & Sententiam vltimam ſuper dictis cauſis, & formis electionum: vt S. Maieſtas determinet, & mãdet illud quod magis voluerit, & melius ſibi viſum fuerit conuenire ſeruitio D. Dñi Noſtri, quieti, paci, & tranquillitati, & augmento huius S. Religionis: & obligamus nos, & noſtras Domos, &c. Fr. Antonius de Prado. Fr. Ioannes Ximenez. Fr. Hieronymus de Gante. Fr. Victor de Najera. Fr. Petrus de Areualo, &c.

Poſt quod pro parte dictæ Domus, & Monaſterij S. Benedicti Regij Valliſoletan. fuit præſentatum coram me quoddam mandatum Procuræ, datum, et conceſſum per dictum Conuentum Fr. Petro de la Cueua Abbati Monaſterij S. Benedicti Zamoren. et Fr. Ioanni de Silua Monachis profeſſis dictæ Domus & Monaſterij, &c. vt poſſint tractare, ordinare, et componere mecum quoſcunque pactus, media, et capitulationes, quæ viderentur circà et in ratione dictarum differentiarum, et prætenſionum: et poſſent conſentire, et approbare omne illud quod mihi viſum fuerit mandare, et determinare, vt fieret, et efficeretur circa illas: non obſtan. &c. iuxta quod plenius continetur, et declaratur in dicto mandato: quod ſignatum, et confirmatum à Petro Fernandez de Collantes meo Scriba publico, et incola Valliſoletan. ſub dat. in dicta Villa 13. menſis Iulij Anni 1591. coram me fuit præſentatum per dd. Fr. Petrum de la Cueua, et Fr. Ioannem de Silua, cuius tenor eſt qui ſequitur. §. 3.

Notum ſit omnibus hoc Inſtrumentum Procuræ viſuris: qualiter Nos Abbates, Monachi, et Conuentus Monaſterij S. Benedicti Regij huius Villæ Valliſoletan. &c. videlicet Magiſter Fr. Petrus Docampo Abbas huius dictæ Domus, et Generalis ſuæ Congregationis, Fr. Didacus de Ahedo Prior maior, &c. per nos, et per dictum noſtrum Conuentum emologamus, et cognoſcimus per hanc chartã, quam damus noſtri mãdati Procuræ ſufficientis, quantum ſufficiens de iure requiritur, & eſt neceſſarium Fr. Petro de la Cueua Abbati Monaſterij S. Benedicti Zamoren. & Fratri Ioanni de Silua Monachis profeſſis huius dictæ noſtræ Domus, & Monaſterij, &c. vt noſtro nomine, & huius dicti noſtri Monaſterij, & Conuentus poſſint ponere, & componere cum S. Maieſtate Regis Don Philippi D. Noſtri, aut cum ſuis miniſtris, &c. omnes actus, conuentiones, capitulationes, quæ dd. Fr. Petrus de la Cueua, & Fr. Ioannes de Silua, aut quilibet illorum iudicauerint, & pro bono habuerint circà, & in ratione differentiæ, & prætenſionis, quam Congregatio noſtri Ordinis S. Benedicti tractauit, & prætendit contra nos, & hoc dictum noſtrum Monaſterium & Conuentum ſuper electione Abbatis huius dictæ noſtræ Domus, & Conuentus, qui eſt Generalis ſuæ Congregationis, & ſuper electione ceterorum Abbatum aliarum Domuum dictæ Congregationis. Item damus illis mandatum Procuræ, vt poſſint, vel quilibet ipſorum poſsit acceptare, conſentire, & approbare omnes conuẽtiones, & capitulationes, & in ceteris, quæ in ratione ſupradicti, & ab eo depẽdentis fuerit conuentum, & compoſitum; & conuenire, & componere de nouo quicquid voluerint, & S. Maieſtas voluerit; vt efficiatur, & fiat, &c. & poſsint noſtro nomine, & huius dicti noſtri Conuentus, & Monaſterij ſupplicare S. Sanctitati, vt dignetur approbare, ratificare, et reualidare, et confirmare omne quod per ſupradictos fuerit conuentum: et ſupplicamus S. Sanctitati illud confirmet, approbet, et reualidet: et ſuper hoc facimus ſupplicationem, & conſenſum de iure neceſſarium, &c. Datum Valliſoleti in dicto Conuentu, &

Digitized by Google

Monaſterio S. Benedicti Regij 13. Menſis Iulij Anno Domini 1591. &c. Generalis S. Benedicti, &c. Fr. Didacus de Ahedo Prior S. Benedicti, &c.

§.4. Et viſis,& acceptatis per me dictis Inſtrumẽtis,& ſcripturis dd. Monaſterij S. Benedicti Regij,& Congregationis; & acceptando, ſicut de nouo illas accepto; & pro remedio damnorum,& inconuenientium,quę ex dictis litibus,& differentijs ſunt ſequuta,& poſſent ſequi:procurando vt ſit pax,& concordia,quæ conuenit ſeruitio Dei D.N. commiſi,& mandaui,vt meliùs ſumerem reſolutionem in dicta cauſa,& ad maiorem ſatisfactionem partium,aliquibus de meo Conſilio,& alijs perſonis,quæ bene informatæ de illis mihi conſulerent quod ſibi videretur,vt circa illud deberem prouidere, & determinare:quod fecerunt, & adimpleuerunt; & cum me informaſſent vnaquæque dictarum partium de ſuo iure & iuſtitia: per præſentem, cum beneplacito S. Sanctitatis,non obſtan. dicta Concordia,quæ ſic ſumpta fuit per dictam Congregationem,& d. Monaſterium S. Benedicti prædicta die 26. Maij dicti Anni 1565. quæ fuit approbata,& confirmata per PP. Pium V. fæ. re. Anno 1565. 9. Calen. Iulij.

§.5. Determino,ordino,& mando:Quod d. Abbas S. Benedicti,& Generalis,& dictus Cõuentus, & ceteri Abbates,& Procuratores,& Conuentus Vniuerſæ Congregationis, & Religionis,& Ordinis S. Benedicti nunc & in perpetuum debeant ſeruare, & adimplere, & ſeruent,& adimpleant inuiolabiliter ſequentia.

Quod in Capitulo generali deinceps in perpetuum à primo, quod eſt faciendum,& celebrandum,de Anno 1592. Abbates, & Procuratores,& ceteræ perſonæ, quæ habent ſuffragium in dicto Capitulo generali eligant ex vniuerſa Congregatione S. Benedicti libere Abbatẽ S. Benedicti,& Generalem ſuæ Congregationis;abſq. eo quod Monachi Conuentus S. Benedicti Regij Valliſoletan. habeant ſuffragium actiuum in tali electione;exceptis illis,qui fuerint Capitulares:qui dictus Generalis ſic electus,eſt,& debeat eſſe inſimul Abbas d. Monaſterij S. Benedicti, ſicut modo eſt. Ita tamen quod dicta Congregatio eligat in prima electione,quæ eſt facien. de Anno 92. pro Abbate,& Generali eam perſonam, quę ſibi melior videbitur ex vniuerſa Congregatione, ſecundum Regulam, & Conſtitutiones pro vno triennio: & illo finito,dicta Congregatio eligat pro alio triennio ſequenti Monachum profeſſum dictæ Domus S. Benedicti præciſe pro Abbate dictæ Domus, & Generali dictæ Congregationis,ſecundum dictam Regulam,& Conſtitutiones eum,qui melior eis videbitur; abſque eo quòd Monachi dicti Conuentus S. Benedicti Valliſoletan. qui non habuerint votum Capitulare, ferant ſuffragium in illa:alternan. ſic,vna vice pro vno triennio eligendo liberè Congregatione eum, qui melior eis videbitur ex vniuerſa Congregatione, & altero triennio eum, qui melior videbitur profeſſum Domus S. Benedicti Valliſoletan. & hic ordo ſeruetur, & teneatur in perpetuum.

§.6. Et quia Domus S. Benedicti Valliſoletan. & eius Monachi habuerunt, & habent vocem actiuam in electione Generalis: & deinceps non ſunt eam habituri, iuxta quod dictum eſt;Congregatio electura eſt,& eligat ſingulis triennijs in perpetuum inter octo Diffinitores,vnum,profeſſum dictæ Domus S. Benedicti de his,qui ad præſens commorarint, quando celebrabitur d. Capitulum in dicta Domo, vel extiterint in dicto Capitulo.

§.7. Item quod deinceps in perpetuum Abbatiæ,quę ſolitæ erant eligi per ſuos Conuentus vacent ſingulis Capitulis generalibus: incipien. ab hoc primo, quod celebrabitur de Anno futuro 92. & in eo eligantur dd. Abbates per Generalem, & Diffinitores nouiter electos in dicto Capitulo:non alterando modum, & ordinem, qui in Domibus, quæ habent Filiationes cum eis habetur: ſed ſinendo eas in eo ſtatu, & forma, quam modo habent:neque Concordiam, quæ ſumpta eſt,& ſeruatur in Monaſterio Dominæ

Noſtræ

Digitized by Google

Noſtræ de Monteſerrato, quoad alternatiuam de eligendo, & nominando Abbate dicti Monaſterij: quia etſi electio Abbatis d. Monaſterij D. Noſtræ de Monteſerrato facien.eſt in Diffinitorio, ſicut ceteræ Abbatiæ aliorum Monaſteriorum,debet fieri ſeruando dictam alternatiuam.

Et vt liberius,& rectius procedatur,& fiant dictę electiones:prædicti Diffinitores non habeant ſuffragium paſſiuum pro Abbatibus in eo Capitulo; excepto,ſi in diſcurſu dicti triennij,vacauerit aliqua Abbatia,per obitum alicuius Abbatis:quia in tali caſu poterunt eligi per tempus,quod ſupererit de illo triennio. §.8.

Et ad robur,& validitatem ſupracontentorum, dicta Congregatio,& Domus S. Benedicti initio cuiuſque Capituli generalis debent iurare de eis obſeruandis in perpetuum.Et in primo Capitulo generali de anno 92. debent acceptare, & iurare,& ſeruare res hic contentas circa electiones Generalis,& Abbatum,& Diffinitoris:& deinceps ſingulis Capitulis,ſicut dictum eſt. Et ſi aliquis ipſorum noluerit illud iurare,vel non ſeruauerit quod hic continetur, excludatur à dicto Capitulo, & priuetur voto actiuo, & paſsiuo ipſo facto in perpetuum. Et pars quæ tractauerit de alterando hoc,quod ſupra continetur; ſi fuerit Congregatio,quod Conuentus S. Benedicti ſolus & inſolidum faciat electioné dicti Abbatis,& Generalis:& ſi dicta Domus S.Benedicti Regij alterauerit, quod Congregatio eligat liberè,ſine reſpectu de eligen. filio profeſſo dictæ Domus Abbatem Generalem. Et quia hoc fit ſub beneplacito S. Sanctitatis petenda eſt Bulla confirmationis cum ceteris pœnis & cenſuris,quæ S. Sanctitati videbuntur:in qua S. Sanctitas debet ſupplere quemcumque defectum, qui fuerit in dictis electionibus tam ſolemnitatis,quàm facti,& iuris:remanen.in ſuo robore, & vigore Bullis, fauoribus, & Conſtitutionibus, quas dicta Congregatio,& Domus S. Benedicti habet, in eo quod non contrauenerit ei,quod hic diſponitur,& ordinatur:& prædicta Bulla poſtuletur ad meam inſtantiam. Et impero prædictis partibus, & vnicuique earum, vt abſtineant ab omnibus litibus,& cauſis, quas habeant, & poſſint habere circa ſupradicta coram quibuſcunque Iuſtitijs. §.9.

Et quod hanc meam determinationem, & Concordiam habeant pro vltima ſententia:obſeruan. hoc vnaquaque parte in eo,quod ad eam ſpectat inuiolabiliter.Dat. in S. Laurentio Regio del Eſurial 22. die menſis Septembris 1591. Ego Rex. Ego Io. Vazquez de Salazar Secretarius Regis Domini Noſtri feci eam ſcribere de ſuo mandato.

Acceptatio Laudi per Procuratores Monaſterij S. Benedicti.

IN Villa de Madrid. 25. die menſis Septembris 1591. ante me præſentem Notarium publicum,& teſtes infraſcriptos comparuerũt præſentes Fr.Petrus de la Cueua Abbas Monaſterij S. Benedicti Zamoren. & Fr. Ioannes de Silua Monachi profeſſi Domus,& Monaſterij S. Benedicti Regij Valliſoletan. exiſtentes in hac Curia, & dixerunt:Quod quia virtute mandati procuræ ſpecialis, quod habent dicti Monaſterij S. Benedicti Regij,tractauerunt cum Rege Domino noſtro circà, & in ratione differentiarum,& prætenſionum,quas Congregatio S. Benedicti prætendit cum d.Monaſterio ſuper electione Generalis dicti Ordinis, & Abbatum ceterarum Domuum eiuſdem: & S. Maieſtas tulit ſententiam vltimam;quæ eſt, quæ ad præſens illis oſtenditur, conſignata ſuà Regia manu,&regiſtrata per Ioãnem Vazquez de Salazar ſuum Secretarium, facta in Sancto Laurẽtio Regio 22. die dicti menſis Septembris huius prædicti Anni.Et cum vidiſſent eam, & legiſſent de verbo ad verbum,ſicut in ea continetur, dixerunt: Quod nomine dicti Monaſterij S. Benedicti Regij,& virtute prædicti mandati procuræ,quod §. 10.

ab eo

ab eo habent: quod eſt inſertum in prædictaSententia vltima lata per S.Maieſtatē iuxta,& qualiter in ea continetur,confirmando eam S. Sanctitate obligarunt , & promiſerunt,quod prædictum Monaſterium,Abbas, & Monachi eius obſeruabunt, & adimplebunt prædictam Sententiam ex nunc,& in perpetuum: & quod non contrauenient ei, neque alicui alteri rei, aut parti eiuſdem nunc , nec tempore aliquo: neque aliquo modo,cauſa,& ratione quæ ſit, vel eſſe poſſit, &c. & ſupplicant S. Sanctitati nomine prædicti Monaſterij dignetur approbare,ratificare,reualidare, & cōfirmare prædictam Sententiam vltimam S.Maieſtatis cum pœnis,& cenſuris,quæ S. Sanctitati videbuntur,vt obſeruetur,& adimpleatur quod in ea continetur, &c. & ſic illud emologarunt coram me dicto Notario,præſentibus teſtibus Alfonſo Nuñez de Valdiuia, & Franciſco de Fuentes, &c.

Præſentatio &c. Bullæ Conſtitutionis Sanctiſsimi D. N. in Capitulo generali de Anno 1592. vt in regeſtro fol. 320.

N.30. IN Nomine Sanctiſsimæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritusſancti, &c. Sexta Iunij 1592. celebratum fuit Capitulum generale in hac Domo S. Benedicti Regij Valliſoletan. congregatis Abbatibus, & Procuratoribus,qui conſueſcunt venire ad d. Capitulum, &c. & ſtatim lecta fuit quædam Bulla S. Sanctitatis,per quam tradit ordinem,& formam,quæ ſeruanda eſt deinceps in electione Generalis,& ceterorum Abbatum:per quam præcipiebat S.Sanctitas,vt iurarent de obſeruan. & adimplen. res in dicta Bulla contentas in initio cuiuſcunque Capituli: & Sancta Congregatio reſpondit, vt ſibi daretur terminus,vt videret paulatim dictam Bullam,& intelligeret omninò modum,qualiter debeat iurari:& Fr. Victor de Najera Secretarius Congregationis aſcendit ad Conuentum S.Benedicti ad notificañ. dictam Bullam: qui dixit:Quod illam audiebat, & quod erat promptus facere illud quod per eam S. Sanctitas commendabat, dummodò adimpleret Sācta Congregatio ex ſua parte quod per eam ſibi commendabatur, &c. & ea die D. Epiſcopus Salamantin. iterùm requiſiuit à Sancta Congregatione,vt iuraret Bullam Suæ Sanctitatis ſupra contentam: quæ vnanimis, & conformis iurauit de manutenen. obſeruan. & adimplen. omnes res in dicta Bulla cōtentas.Quod actum eſt per inſtrumentum publicum emologatum per Licentiatum Ioannem de Ortega Notarium Apoſtolicum,Secretarium dicti Epiſcopi,coram quo Conuentus S.Benedicti fecit dictum iuramentum, &c.

Acceptatio Bullæ per Capitulum,& Conuentum coram Notario publico.vt in regeſtro fol.388.

N.31. IN Villa Valliſoleti 8. die menſis Iunij 1592. In Monaſterio Sancti Benedicti eiuſdem Ordinis, per ante me Licentiatum Ioannem de Ortega Notarium Apoſtoli-
§.1. cum in adimplementum Literarum,& mandati Regis D.N.quod S.Dominatio habuit, & habet ad venien. ad d. Monaſterium,& cum auctoritate,& mandato,& commiſsione Apoſtolica Noſtri Sanctiſsimi Patris Clementis VIII.ad aſſiſten.& præſiden.Capitulo generali,quod de præſenti celebran. eſt, &c.cum eſſent congregati, & conuocati ad illud Patres Generalis,Diffinitores,Viſitatores, Abbates,Procuratores,& alij Religioſi. &c.Pater Fr. Petrus Docampo Generalis,&c.Fr.Ioannes Ximenez, &c.Fr.Petrus de Areualo,&c.Fr.Victor de Najera Secretarius:cum eſſent inſimul congregati,&c. & præſidendo,& aſsiſtendo S.D.in eo,iuxta quod per Regem D.N.eſt illi commendatum:iuſſit me dictum Secretarium legere Literas S. Maieſtatis, quæ ſibi directę ſunt ad eum

effectum:

Digitized by Google

effectum:atque etiam lectæ fuerunt literæ directæ ad Patrem Generalem,& ceteros Patres Abbates,& Procuratores Congregationis,& Bulla S. Sanctitatis expedita in ratione formæ,& modi eligendi Generalem, Abbates,& Diffinitores:quæ legit Pater Fr. Victor de Najera Secretarius dictæ Congregationis:& cum illud omne audierint,& intellexerint dicti Patres,dixerũt:Quod ſupplicabãt S.Dominationi,vt iuberet dare aliquod tempus,vt melius legant,& intelligant dictam Bullam S. Sanctitatis & S. D. dedit terminum ad illud ab hac dicta die hora noua,parum plus vel minus ante medium diem vt legerent,viderent, & intelligerent dictam Bullam. Et cum hoc finita fuit prima Seſſio,&c.& S.D. confirmauit illud ſuo nomine:Don Hieronymus Epiſcopus Salamantiñ. Ante me Licentiatum Ioannem de Ortega Notarium,& Secretarium.

Et poſt ſupradicta Die Martis hora ſeptima ante medium diem, cum eſſent congregati prædicti Pater Generalis,& ceteri Patres Congregationis inſimul:præſiden.S.Dominatione &c. iuſsit ſumere, & accipere iuramentũ in forma à dd. PP. qui hic cõfirmarunt ſuis nominibus,ſuper Sancta quatuor Euãgelia,quæ in quodã Miſſali erãt ſcripta: ſuper quod poſuerunt dextras ſuas manus:& cum iuraſſent ſinguli in particulari,S.Dominatio abſoluit illis iuramentum:dicens illis;Quod ſi iurabant omne illud quod S.Sanctitas commendat illis in ſua Bulla:qui reſponderunt,& dixerunt:Quod iurabant,& iurarunt omne illud quod S.Sanctitas commendat illis per ſuam Bullam,iuxta ipſius tenorem : & illud confirmarunt ſuis nominibus ante me dictum Notarium Apoſtolicum & Secretarium. Atque etiam illud confirmauit S. Dominatio, &c. Don Hieronymus Epiſcopus Salamantin.Fr.Petrus Docampo Generalis S.Benedicti.Fr. Ioãnes Ximenez Diffinitor.Fr.Hieronymus de Gante Diffinitor, &c.Fr. Victor de Najera, &c. Fr.Petrus de Areualo,&c.Qui omnes prædicti Patres tam Abbates, quàm Procuratores iurarũt, & confirmarunt,&c.in adimplementum,& exequutionem prædictæ Bullæ S. Sãctitatis, & S.D. etiam confirmauit ſuo nomine ante me infraſcriptum ſuum Secretarium. Don Hieronymus Manrique Epiſcopus Salamantin. Ex iuſsione D.mei Epiſcopi. Licentiatus Ioannes de Ortega Notarius Apoſtolicus,& Secretarius. §.2.

In Villa Valliſoleti in Monaſterio S. Benedicti, &c.Die 13.menſis Iunij Anni 1592. in præſentia mei infraſcripti Notarij Apoſtolici,præſiden. & aſſiſten. Don Hieronymo Manrique,&c.Epiſcopo Salamantin. facultate auctoritatis Apoſtolicæ, &c.& Breuium Nuncij S.S.quę ad præſiden.& aſſiſten. Capitulo generali, &c. habet : & continuando iuramentum,quod Congregatio emiſit in ratione de ſtando,tenendo,& obſeruan. contentum in Bulla S. S. quæ expedita fuit pro forma, & modo, qui de præſenti, & deinceps ſeruandus eſt in electionibus,&c. mandauit S. Dominatio Priori, & Monachis d. Monaſterij vt inſimul congregarentur,ſicut ſoliti ſunt,& conſueſcunt in ſuo Capitulo: ſicut illud fecerunt:ad emittendum prędictum iuramentum iuxta,& ſecundum quod illud fecerunt omnes Monachi,& Religioſi prędictę Congregationis: & cum eſſent inſimul congregati,ſpecialiter, & nominatim Pater Fr. Didacus de Ahedo Prior maior, Pater Fr. Marcus Riero &c. omnes Presbyteri,& Sacerdotes per ſe, & per ceteros Monachos profeſſos, &c. dicti Monaſterij pro quo pręſtiterunt cautionem de rato de ſtan. tenen. & adimplen. & obſeruando ſicut filij obedien. S.Sedi Apoſtolicę omne quod S. Sanctitas illis commendat per ſuam Bullam, iuxta tenorem, & formam illius, & iuxta quod melius,& quod maiori adimplemento poterãt,& debebant,& iuxta modum,quo Patres Congregationis illud iurarunt:atque etiam iurarunt Fr. Ioannes de Caſtro, &c. omnes Monachi profeſſi & Conuentuales dicti Monaſterij:qui quoniam non erant Sacerdotes iurarunt in forma ſuper ſignum Crucis iuxta & qualiter ceteri Monachi dicti Monaſterij,& promiſerunt de obſeruan.& adimplen. omne id quod continetur in prędicta Bulla S. Sanctitatis,& eius tenore per ſe,& per ceteros abſentes : pro quibus prę- §.3.

ſtiterunt

Digitized by Google

ſtiterunt cautionem de rato, & confirmarunt omnes ſupradictum prædictis nominibus. Fr. Didacus de Ahedo Prior S. Benedicti, &c. Qui omnes prædicti Monachi Conuentuales dicti Monaſterij S. Benedicti iurauerunt prædictam Bullam S. Sanctitatis de mandato Don Hieronymi Manrique Epiſcopi Salamantin. & S. Dominatio confirmauit illud ſuo nomine, & in hoc interpoſuit ſuam auctoritatem, & decretum quatenus poterat, & de iure debebat. Don Hieronymus Epiſcopus Salamantin. De mandato D. mei, & ante me Licentiatũ Ioannem de Ortega Notarium Apoſtolicũ, & Secretarium.

Iuramentum Capituli generalis de Anno 1595. de obſeruan. Bulla. vt in regeſtro. fol. 322.

N. 32. ITem in prædicto libro Capitulorum, in Capitulo quod celebratum fuit de Anno 1595. die 22. Aprilis, inter alia actæ & res, quæ in eo acta ſunt eſt vnum actum tenoris ſequentis. Poſt hoc ad petitionem. P. F. Alfonſi de Iuara Procuratoris huius Domus S. Benedicti Valliſoletan. Sancta Congregatio emiſit iuramentum de obſeruan. rebus contentis in Bulla expedita per Noſtrum Sanctum Patrem Clementem Octauum de Anno 92. ſuper noua Concordia inter ſanctam Congregationem, & hanc Domum ſuper electionibus Generalis, Abbatum, & Diffinitorum, in forma & modo, ad quem prædicta Bulla illos obligat ad eam iurandam, & obſeruan. Et poſtea idem iurauit pro ſua parte, quatenus ad illum ſpectat, S. Conuentus huius prædictæ Domus congregatus in ſuo Capitulo: cum irent ad recipien. hoc iuramentum Patres Fr. Petrus de Aguero Abbas de Cardeña, & Fr. Victor de Najera Abbas S. Stephani, &c.

Iuramentum Capituli generalis de Anno 1598. de obſeruan. Bulla. vt in regeſtro. fol. 325.

N. 33. ET deinceps in Capitulo generali, quod celebratum fuit in hac prædicta Domo S. Benedicti 18. Aprilis Anni 1598. in 1. fol. eſt vnum actum tenoris ſequen. Poſt hoc ad inſtan. P. Fr. Ioannis de Silua Procuratoris S. Benedicti Regij ſancta Congregatio emiſit iuramentum de obſeruan. Conſtitutionibus, & rebus contentis in Bulla expedita per Summum Pontificem Clementem VIII. de Anno 92. ſuper noua Concordia inter ſanctam Congregationem, & Domum S. Benedicti Regij Valliſoletan. ſuper electionibus Generalis, Abbatum, & Diffinitorum; in forma & modo, ad quem prædicta Bulla illos obligat ad illam iurandam, & obſeruan. & poſteà iurauit idem pro ſua parte, quatenus ad eam pertinebat, prędicta Domus S. Benedicti Regij in ſuo Capitulo. cùm irent ad accipien. hoc iuramentum Fr. Petrus de Torrecilla Abbas Carrionen. & Fr. Hieronymus Marton Abbas de Monteforte.

Decretum Capituli generalis de Anno 1598. ad peten. explicationem Bullæ nouæ Concordiæ, &c. vt in reg. fol. 452. & aliud Decretũ de preferendis profeſsis Monaſteriorũ ad eorũ Abbatias. vt ibid. fol. ....

N. 34. §. 1. ET quoniam circa modum faciendi electiones intermedias obtulerunt ſe aliqua dubia, iuxta Bullam nouæ Concordiæ: iuſſum eſt, vt cum omni breuitate conſulatur circa hoc punctum Sedes Apoſtolica, &c.

Item

Digitized by Google

Item ordinatum fuit, vt quantum fuerit poſſibile in electione Abbatum ſeruetur tenor Bullæ, quæ loquitur de dictis electionibus: hoc eſt, vt præferantur filij profeſſi Domuum, ſi fuerint digni, ad hoc vt in illis ſint Prælati: quia ſic poſtulatum fuit per maiorem partem Religionis, &c. §. 2.

Supplicatio Procuratorum Congregationis coram S.D.N. & Sacra Congregatione Illuſtriſsimorum ſuper Regularibus in adimplementum prædicti Decreti: & S.Congregationis reſolutio. vt in regeſtro fol. 439.

ORdinauit S.V. per ſuum Motum proprium de Anno 1592. ad inſtan. Congregationis S.Benedicti Hiſpaniarum modum ſuarum electionum, tam Generalis, quã Abbatum; & cum de nouo offerantur aliquæ difficultates, & caſus non expreſsi in dicto Motu proprio; propterea eadem Congregatio pro ſua maiori quiete, & bono regimine ſupplicat pro ordinibus infraſcriptis. N. 35.

Primo, Quia dictus Motus proprius ordinat, quod omnis Congregatio eligat Generalem in ſuo Capitulo generali; & non diſponit in caſu, quo Generalis moriatur antequam finiat ſuum tempus, qualiter debeat fieri in eligendo alium: ſupplicatur S.Veſtræ, vt ordinet in tali caſu obitus, vt fiat electio per ſuum Diffinitorium: ſicut factum eſt ſemper, iuxta Conſtitutiones antiquas Congregationis: ſiquidem ſi debeat fieri in plena Congregatione, ſequentur magnæ expenſæ, & grauia inconuenientia.

Secunda Iunij 1599. Sacra Congregatio cenſuit, præcipiens: vt hoc caſu eligatur à Diffinitoribus Vicarius Generalis cum omnimoda iuriſdictione, qua potitur Abbas ipſe Generalis, &c.

Breue S.D.N. de menſe Auguſti 1599. pro explicatione Bullæ Conſtitutionis, vt in regeſtro, fol. 453.

CLemens Papa VIII. &c. Alias ſiquidem Nos ad tollendas diſſenſiones, quæ circa modum electionum Generalis, & aliorum Abbatum Congregationis Valliſoletan. Ordinis S. Benedicti Hiſpaniarum, licèt pluries, etiam Apoſtolica auctoritate, immutatis, ſæpe oriebantur: noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, ſub dat. Kal. Martij. Pont. N. Anno I. modum, & formam electionum tam Generalis, quàm aliorum Abbatum huiuſmodi de cetero facien. præfiniuimus, & obſeruari mandauimus: prout in noſtris, &c. Cum autem ſicut pro parte dilectorum Generalis, & Abbatum, ac vniuerſæ Congregationis prædictorum expoſitum fuit: quia in prædictis litteris quid circa electionem Generalis, & aliorum Abbatum, ſuccedente illorum, ac alicuius eorum obitu, vel priuatione, &c. ante celebrationem Capituli generalis, in quo prædictorum Generalis, & aliorum Abbatum electionem fieri ſtatuimus, faciendum ſit, non diſponitur; cupiunt prædicti Abbates, & Congregatio ſuper hoc, &c. prouideri. Nos igitur, &c. ſupplicationibus eorũ nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: de Venerabiliũ Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſuper conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio: ne eueniente Abbatis Generalis, & aliorum Abbatum quorumcunque Monaſteriorum eiuſdem Congregationis, ante finitum tempus eorum cuiuſque muneris, Abbatis huiuſmodi obitu, ſeu priuatione, interim Cõgregatio Generalis, & particularia Monaſteria reſpectiuè particularium Abbatum, re- N. 36.

G gimine

Digitized by Google

gimine vſque ad noui Capituli generalis celebrationem deſtituantur, volumus, & auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus; vt in euentum mortis Abbatis Generalis, Diffinitores Capituli Vicarium Generalem ex gremio ipſius Congregationis eligant: qui vſque ad noui Abbatis Generalis electionem, iuxta prædictarum Literarum diſpoſitionem faciendam, omnimodam iuriſdictionem, quam Abbas ipſe Generalis habet, in eadem Congregatione habeat, ac exercere poſſit, & valeat, &c.

Declaratio R. P. Generalis profeſsi ex Congregatione de menſe Septembri Anni 1600. de acceptatione Bullæ, & de alijs ad Monaſterium, & Monachos Valliſoletan. ſpectan. inſtan. eodem Monaſterio. vt in regeſtro fol. 412.

N. 37. AD primum punctum dixit: Quod in omnibus Capitulis, poſtquam venit Bulla, ipſe interuenit præſens; & quod nunquam intellexit, quod Congregatio non acceptaſſet prædictam Bullam: ſed quod vidit, quod planè illam acceptauit, & iurauit
§. 1. oīs Congregatio: neq; vidit, aut intellexit, quod Iudex, aut exequutor venerit ad illud.

§. 2. Ad ſecundum: Quod nunquam talę vidit, neque intellexit: imo dixit: Quod habebat Monachos profeſſos prædictæ S. Domus pro valde Religioſis, & obedientibus S. Sedi Apoſtolicæ: & quod in ea eſt multa obſeruantia Regularis, & clauſura; & maxima cura in cultu Diuino; & tanta auctoritas, & magnitudo in celebran. Officijs, quod excedit multas Eccleſias Cathedrales, & omnia Monaſteria Hiſpaniarum: & ſic honorantur, & ſumunt auctoritatem notabiliter Monachi noſtræ Congregationis cum hac Domo, & cum Domo Dominæ Noſtrę de Monteſerrato; quod S. Reuerendiſſima dixit multoties, & in multis occaſionibus.

§. 3. Ad tertium dixit: Quod audiuit multoties à filijs huius Domus tam in Capitulis generalibus, quam extra ea: quod obſeruentur Conſtitutiones de Madrid; quarum obſeruantia, dicebāt, quòd obligabat ad peccatum mortale: & quod nō audiuit dicere, quod petant, vt non fiant leges, & mutentur iam factæ in alias meliores cum auctoritate Summi Pontificis; neque ſcit, quod tractauerint de eo quod non habeatur recurſus ad S. Sanctitatem pro declaratione, ſine eorum conſenſu.

§. 4. Ad quartum dixit: Quod non ſcit, quod filij huius Domus habuerint recurſus ad Iudices ſeculares, accuſan. coram eis Congregationem, & ſuos Fratres: & quod non eſt verum, quod lis Congregationis, & huius S. Domus agatur in Audientia ſeculari huius Ciuitatis Valliſoletan.

§. 5. Ad quintum punctum dixit: Quod non ſcit, quod Congregatio dederit tale mandatum Procuræ ad peten. reuocationem prædictæ Bullæ: imo ſcit, & habet pro certo, quod non dederit tale mandatum; quandoquidem non potuit illud dare; quia habet in ratam prædictam Bullam; & quod eſt prohibitum per noſtras Conſtitutiones petere reuocationem ſuorum Breuium, & Bullarum, ſine ordine, & mandato Congregationis: ſicut per eas conſtat, &c. Magiſter Fr. Ioannes de los Arcos, &c.

Declaratio R. P. Gen. profeſ. ex Congr. de mēſe Septemb. Anni 1600. circà ſtatum pacificum Congr. cum hac Bulla. vt in regeſt. fol. 448.

N. 38. IN S. Benedicto Regio Valliſoletan. 12. Septembr. 1600. &c. & S. Reuerendiſ. reſpondendo dixit: Quod ſunt 40. anni, ex quibus indigne habet habitum ſanctum

Noſtri

Noſtri Glorioſi P. S. Benedicti: & quòd fuit ſepius Abbas, & Diffinitor antequam veniret Bulla, quam Noſter Sanctiſſimus Clemens VIII. conceſſit; & poſtquam illa venit fuit etiam Abbas, & Diffinitor, & in hoc triennio, ſicut Generalis, viſitauit vniuerſam Religionem: & quod intelligit in Deo, & ſua conſcientia eſt: quod in toto hoc tempore non vidit, neque intellexit fuiſſe tantam pacem, & quietem, & tranquillitatem in vniuerſa Religione: neque tantam fraternitatem inter Monachos: neque gubernationem tam ſuauem Generali, Viſitatoribus, & Abbatibus, ſicut poſtquam venit hæc Bulla; & quod ſic non intelligit; quod Religioni inſtet interitus propter hunc reſpectum: ſed quod in ea eſt multa pax, & ſeruitur Domino Noſtro pluſquam antea, &c. M.Fr.Ioannes de los Arcos, &c.

Declarationes Præſidis, Auditorum, & Notariorum omnium Regiæ Cancellariæ Valliſoletan. quod Monaſterium Valliſoletan. non habuerit ad eos recurſus de Anno 1600. ſicut fuit delatum ad S. D. N. vt in regeſtr. fol. 430. & 422.

IN Ciuitate Valliſoletan. 25. menſis Septembris, Anni 1600. cum eſſent DD. Præſes, & Auditores huius Regiæ Audientiæ Regis D.N. in ſuo Conſilio, &c. Fr. Ioannes de Valle nomine Prioris, Monachorum, & Conuentus S. Benedicti Regij huius Ciuitatis præſentauit quãdam petitionem tenoris ſequentis, &c. Fr. Ioannes de Valle, &c. N. 39. §. 1. Et hunc pro parte Procuratorum generalium d. Congregationis, propter ſuos fines, & prætenſiones particulares, dictum fuit S. Sanctitati, quod d. Conuentus habuit recurſum ad hanc Regiam Audientiam: & coram V.D. quaſi coram Iudicibus ſecularibus, ad poſtulandam reuocationem actorum per dd. Diffinitores; & quod ſuper eo eſt lis pendens coram V.D. inter d. Conuentum, & Congregationem, & eius Diffinitores: & quod corã V.D. d. Conuentus habuit recurſum ad conquerendum de parte contraria, quia admiſerunt dd. Diffinitores, & Congregatio Bullas Apoſtolicas, & volendum cauſas impedire, &c. Et vt conſtet S. S. de veritate eius quod geritur, & de innocentia huius Conuentus poſtulo, &c. iubeat declarare, & vt fiat de eo fides, & teſtimonium, &c. qualiter coram V.D. neque exiſtit, neque extitit lis ciuilis, aut criminalis inter d. Conuentum, & Congregationem, & Diffinitores, &c. Per ante me Andream Sanctium Secretariũ Cõſilij, &c. fuit præſentata, &c. & per S.D. viſum dixit: Quod omne contentum, & declaratũ per hanc petitionem erat ſic verum, ſicut per eam declaratur: & quod ſcit, quod per ordinationes huius Regiæ Audientiæ eſt prouiſum; ne admittantur aliqua negotia pertinentia ad Conuentus, & ſuas viſitationes. Et iuſſit mihi prædicto Andreæ Sanctio, vt darem vnã copiam huius petitionis, cum hoc Decreto, cum fide, & certificatione, qualiter coram me, ſicut tali Secretario Conſilij, & coram quo S. D. prouidet, & expedit omnia negotia, &c. hoc geſtum eſt, &c. ad effectum, ad quem illud petit, &c. & ego Andreas Sanctius Scriba Cameræ, &c. certifico, & do fidem quod coram S. D. prædicti D. Præſidis, &c. non fuit lis aliqua inter partes, & ſuper ratione illius, quod continetur in petitione, &c. & de mandato S.D.D. Præſidis dedi præſentem, &c. Ego Andreas Sanctius, &c.

In Ciuitate Valliſoletan. 4. die menſis Septembris, Anni 1600. Cum eſſent Domini Præſes, & Auditores in Cõſilio generali, &c. & præſentata dicta petitione ſupra inſerta, §. 2. & viſa per prædictos Dominos, decreuerunt illam cum ſuo Decreto, &c. & iuxta prædictum actum dicimus nos Notarij Cameræ prædictæ Regiæ Audientiæ, qui hic conſi-

Digitized by Google

gnamus,& confirmamus noſtris nominibus: Quod certificamus,& facimus fidem: quod in tempore,quo vnuſquiſque noſtrum vtimur,& exercemus noſtra officia in prædicta Audientia,quod eſt pluſquam per tres annos, non habemus notitiam, quòd coram nobis fuerit tractata, nec agatur lis inter Monaſterium,Fratres,& Conuentum S.Benedicti Regij huius Ciuitatis cum prædicti Ordinis Congregatione, in ratione contêtorum in prædicta petitione,nec ſuper re aliqua,&c.

Literæ R. Patris Generalis præteriti profeſsi ex Congregatione de menſe Februarij 1601. ad Fr. Laurentium de Ayala Procuratorẽ Valliſoletanum de inobedientia, & maledicentia Procuratorum Congregationis in Curia.vt in reg. fol. 545.

N.40. TAm ingens mœror tenet me,P.Magiſter,propter modum procedendi, quem, vt mihi refertur,habent hi Patres,vt neſciam quid dicam aliud, quàm conuertere me ad Dominum,& illi ſupplicare cum multis lachrymis,vt nos omnes illuminet, neq; velit propter mea peccata ſic punire Religionem. Quoties ſcripſi illis Patribus ab eis poſtulaui enixè,tractent negotia cum multo amore, & charitate; & quod non intelligant extranei eſſe inter nos differentias,& diſſenſus in voluntatibus,ſed ſolum in intellectibus;neſcio quare noluerint,neque velint illud facere. Et niſi me mea mens fallit, cum nulla re poſſunt meliùs perdere quod prætendunt, quàm cum maledicentia;ſaltim corã me,ſi ego eſſem Iudex ſupremus.Semper dixi,& dico,P.Magiſter quod iuſtitia Cõgregationis non conſiſtit in maledicendo, neque in falſis teſtimonijs ferendis. V.P.proceſſit,& procedit honoratè,omnes honorãdo:& ſic iterum poſtulo illud faciat: excepto caſu,quod debeat comprobari aliqua res non vera. Nemo ſcit compaſſionem, quam habeo iſti bono homini: † imaginor, quod omne quod dicũt hi Patres,procedit ab hoc fonte. Dominus illum meliorem reddat: & in eius corde ponat quod magis conuenit ſuo ſeruitio,& Religionis bono: ſatis enim timeo, ne eam ponant in anguſtia, neque amplius in hoc procedo, quia iam defluunt lachrymæ, &c. Fr. Ioannes de los Arcos.

† Videl. F.H. de Gante.

Mandatum Procuræ Capituli generalis de Anno 1601. in Fratrem Petrum, & alios Procuratores ad contradicen. Concordiæ emologatæ inter Congregat.& Monaſter.vt in reg.fol.206. &......

N.41. IN Ciuitate Valliſoletan.&c.Die 30.menſis Maij, Anni 1601.exiſten.intra Monaſterium S. Benedicti el Real prædictæ Ciuitatis, in loco Capitulari illius, in Capitulo generali Ordinis,& Congregationis S. Benedicti,prout ſingulo triennio dicta Cõgregatio conſueuit ſe congregare in dicto Monaſterio;& nominatim præſentibus P. Magiſtro Fr.Alfonſo de Corral d. Congregationis Generali, & Abbate d.Domus S.Benedicti,&c.omnibus Generali,Abbatibus,& Procuratoribus prædictæ Congregationis.

§.1. Ego Chriſtophorus de Madrigal Scriba,& Notarius publicus,& Apoſtolicus,& Regius dixi,& notificaui prædictis Generali,Abbatibus, & Procuratoribus d. Congregationis præſentibus;Quod ad eorum inſtantiam,preces,& requiſitionem conuocatus fueram ad d. Congregationem: vt concederent vnum Inſtrumentum mandati Procuræ Procuratoribus reſiden.in Romana Curia, & in his partibus Hiſpaniæ ad contradicen. cuidam Concordiæ emologatę inter d.Congregationem,& filios Religioſos Domus S. Bene-

Benedicti ſuper electione Generalis d. Ordinis: ne obſeruetur, & cuſtodiatur, faciẽdo deſuper acta, & diligentias, opportunas, & neceſſarias, tam coram S. S. quam coram alijs Iudicibus; vt latius continebatur in d. mandato, quod afferebam ſcriptum, & dictatum modo quo ſupra: & cum alijs clauſulis, vt d. Congregatio illud concederet; & quod ſuper eo deliberarent, & darent eorum iudiciũ: an vellent cõcedere d. Inſtrumentũ, necnẽ.

Et viſis, & intellectis præmiſſis, & ordine d. mandati per totam d. Congreg. d. P. M. §. 2.
Fr. Alfonſus de Corral filius profeſſus Domus S. Benedicti, & Abbas illius, ac Generalis d. Congregationis, & Fr. Petrus de la Cueua Procurator in d. Capitulo prædictæ Domus S. Benedicti pro ſe, & nomine illius, & Fr. Franciſcus, &c. omnes filij profeſſi prædictæ Domus S. Benedicti ſurrexerunt ex ſedibus, in quibus ſedebant in d. Congregatione: & exiens ex ea d. P. Fr. Petrus de la Cueua Procurator pro ſe, & nomine d. Domus S. Benedicti dixit: Quod quia d. Congr. prætendebat concedere d. mandatum ad proſequen. cauſam, quã tractare prætendit contra d. Domum S. Benedicti ipſi, tamquam partes, & membra d. Congr. non veniebant, neque conſentiebant, quod d. mandatũ, ſupra relatum per me prædictum Notarium publicum, concederetur; imò eidem ſe opponebant: & proteſtabantur pro ſe, & d. nomine de nullitate omnium dicti mandati vigore fiendorum, & actitandorũ: cum ſit, prout eſt, contra quendam Motũ proprium S. D. N. Clem. PP. VIII. iuratum, & acceptatum per d. Congreg. ab anno præterito 1592. vſq; in præſentem annum, quo etiam iuratus fuit in d. Capitulo; & ſimiliter proteſtabatur pro ſe & dicto nomine, quod præmiſſa non poſſunt concedere reliqui Religioſi remanentes in d. Congregatione, &c. & faciendo, & referendo d. proteſtationem, exiuerũt dd. P. Generalis, & Procur. & ceteri Religioſi ſuperius nominati filij d. Domus S. Benedicti ex d. Cappella, & Congregatione, &c.

Et reliqui Religioſi ſuperius nominati, qui non ſunt filij d. Domus S. Benedicti re- §. 3.
mãſerunt in d. Capitulo, & Congregatione, &c. & dixerunt: Quod cũ ſint anni nouem, parum plus vel minus, inita fuerit quædam Concordia valde præiudicialis Ordini, Domibus, & filijs illarum ſuper, & occaſione, quod alternatim fieret vnus Generalis d. Cõgregationis: ſemel de d. Domo S. Benedicti el Real, & alia vice de alia Domo ceterorum Conuentuum d. Ordinis: & quod ſemper fieret vnus ex Diffinitoribus d. Domus S. Benedicti el Real: & conſiderantes damnum, præiudicium, & inconuenientia inde orientia d. Ordini, erant tres anni, parum plus vel minus, quòd d. Congr. mouit litem in Rom. Cur. ſuper nullitate, & grauaminibus d. Concordiæ; & filij d. Domus S. Benedicti el Real prædictæ Ciuitatis ſimiliter introduxerũt cauſam occaſione aliarũ prætẽſionũ, tam circa obſeruantiam d. Concordię, quàm circa alia quædam, & modo in d. Capit. generali, & Congreg. dd. conſtituentes tractauerant diuerſis vicibus de d. negotio, et cauſa, tam concernen. nullitatem d. Concordię, quam ſuper alijs cauſis penden. & inſtructis, & alijs quibuſuis, quæ ſeſe offerent, & introducentur quouis modo d. Ordini, & Congreg. & vt præmiſſa effectum ſortiantur, dd. conſtituentes melioribus modo, via, & forma, quibus de iure locus erat, eorum propria volũtate, per modũ Congreg. creabant, & nominabãt ſuos veros, certos, & indubitatos Procuratores, &c. P. Fr. Maurum de Chaues, &c. & PP. Fr. Petrum de Areualo, &c. & Fr. Franciſcum de Valdiuia, &c. & eorum quemlibet inſolidũ, cùm poteſtate ſubſtituendi, &c. & præſertim vt pro dd. conſtituentibus, & d. Congr. & illorum nomine poſſint, quatenus opus ſit, petere relaxationem à iuramento d. Concordiæ; & occaſione dd. litium pendentium, ſeu illarum, quæ per dd. conſtituentes mouebuntur occaſione nullitatis d. Concordiæ, & omnium aliarum differentiarum, & litiũ pendentium, & futurarum inter d. Domum S. Benedicti el Real. & d. Congr. poſſint cõparere, & compareant coram S. S. & Dominis ſuis Sacri Palatij, & Rotæ, & illius Nuntio Apoſtolico, & alijs quibuſuis Iudicibus, tribunalibus, & Prætoribus Eccleſiaſticis, & ſe-

cularibus,

Digitized by Google

cularibus:vt d.Concordia declaretur nulla circa præmiſſa:& alia concernentia d. Congregationem poſſint facere;& faciant omnia d.Congreg.& illius iuribus conuenientia, &c. Item ad omnia,quæ d. Congreg.facere poſſet:itaque defectu mandati in nullo actu interueniat defectus aliquis;etſi actus talis requireret expreſſum, & ſpeciale mandatũ: & occaſione præmiſſorum omnium,& aliorum,quæ conueniant,& neceſſaria ſint d.Cõgregationi faciant,dicant,tractent,& procurent pro dd.conſtituentibus,& d. Congreg. in quibuſuis tribunalibus,& iudiciis Eccleſiaſticis,& ſecularibus:quia quam plenum,& ſufficiens mandatum ſicuti dd.conſtituentes habebant,& tenebant ad omnia præfata, & eorum quodlibet,illudmet dabant,& concedebant,dederunt, & conceſſerunt dd.eorum Procuratoribus,ſuperius nominatis,et ſubſtituendis ab eis,cum omnibus ſuis inciden.dependen.annexis,et connexis,etc.

Memoriale remiſſum Romam à Capitulo generali de Anno 1601. ad Procuratores:ad poſtulan. reformationẽ Breuis de Anno 1599. & explicationem Bullæ,&c.vt in reg. fol. 548.

N.42. Congregati in Diffinitorio Illuſtriſ. Card. de Gueuara & Patres Diffinitores tractauerunt de rebus pertinen.ad Breue S.S.circa electiones in forma ſequenti.

§.1. Quantum ad Breue S. S. viſum fuit:quod quoad illas res,quæ in nomine S.Congregationis poſtulatæ fuerunt, ei obediatur cum reuerentia,& reſpectu debito; & quoad illas,quæ ſine mandato prædictæ Congreg. poſtulatæ fuerunt, ſupplicetur: vt S. S. informatus prouideat,& mandet, quod pro ſeruitio Dei, & ſuo plus conueniet, vt deinceps in hac forma exequatur.

§.2. In quantum dicit: Quod ſi Generalis obierit antequam adimpleat triennium:quod Diffinitores eligant Vicarium Generalem,qui gubernet,& faciat idem, quod Generalis defunctus debebat facere:Quod ſupplicetur S.S. declaret,quod hoc ſit,& intelligatur ſi Generalis obierit poſt elapſam maiorem partem triennij;attamen ſi obierit antequam tranſeat annus cum dimidio,quod Congregatio omnis congregetur, & faciat Generalem iuxta Conſtitutiones antiquas.

§.3. Et in quantum dicit:Quòd eligatur Vicarius Generalis ex gremio ipſius Congregationis, ſupplicetur S. S. quod ſupraſcriptum ſit,& intelligatur:quando acciderit,quòd Generalis defunctus ſit ex gremio Congregationis:ſed ſi fuerit huius Domus S. Benedicti,debeat etiam eſſe Vicarius Generalis ex eadem Domo:dum non reuocabitur Cõcordia,quæ eſt confirmata per S. S.

§.4. Et in quantum ad electionem Abbatum,ſupplicetur S.S. vt velit mandare, vt in quocunque euentu obitus,vel priuationis,aut alio caſu,vacationis,quomodocunque ſit,eligat eos Generalis cum quatuor Diffinitoribus, qui fuerint proximiores Domui, vbi nuntius talis vacationis eum repererit; quod obſeruetur in Domibus Maioribus, attamen in Domibus Minoribus,&c.

Literæ R. P. Generalis præſentis de menſe Ianuar. & Februar. 1602. ad F. L. de Ayala Proc. Valliſol. de inobedientia F. P. de Areualo ad mandata Congreg. de rebus geſtis in Capit. gener. de libertate, & pace, cum qua factæ ſunt electiones à Diffinitor. & de ſententia Illuſtriſ. Card. Hiſpalen.circa Bullæ obſeruantiam.

N.43. §.1. Rogo P.V.vt cum potuerit adhibere diligentiam,abſque eo quod cum F.Petro ſuper hoc controuertat,illam adhibeat: vt exequatur quod Congregatio prætendit.

Digitized by Google

dit. Ego enim illi ſcribo, qualiter remitto P. V. illius memorialia, vt eorum expeditionem ſolicitet; ſi ipſe illud non fecerit, &c.

Ad verificationem teſtimoniorum, quæ nobis imponunt de eo quod in Capitulo generali actum eſt: mittat S.S. commiſſionem ſuo Nuncio, vt eruat veritatem: & ſi per eius informationem conſtiterit eſſe verum quod dicunt: quod noſtra Domus tractauit male Congregationem: & quod facta eſt omnium patrona; & quod de foris veniebant plures literæ: hinc dabimus nos pro condemnatis in cauſa principali. Sed ſtando ſolum in bona ratione, poteſt P.V. conuincere eum Patrem coram Illuſtriſs. Cardin. quia ſtante vniuerſa Congregatione contra Domum S. Benedicti, vt apparet ex mandato, qua ratione poteramus nos fieri patroni omnium rerum? §.2.

Electiones, ſiue bonas, ſiue malas, ipſi fecerunt: & omnes fuerunt bonæ, præterquam electio Generalis, & omnes pacificæ. Itaque quod non fuerit probatum per autentica teſtimonia, non eſt æquum, vt credatur potius parti contrariæ, quam V.P. & ſi Illuſtriſſimi Domini volunt teſtimonia, mittant, ſicut dico, commiſſionem Nuncio, vel ab Illuſtriſſimo Cardinale Hiſpalen. poſtulent, vt referat quid in Capitulo generali geſtum eſt; ſiquidem illi præſedit, &c. §.3.

Cum vellent concedere mandatum Procuræ dixit Illuſtriſsimus Cardinalis Congregationi ex parte S. Maieſtatis: Quod eſſet eius ingens ſeruitiũ, ſi non eſſet lis ſuper Concordia: quandoquidem ſuus pater, per compromiſſum, & conſenſum partium, aſſumpſerat illud medium, ex ſententia perſonarum grauiorum, quas in ſuo Regno habebat; & ambæ partes illi conſenſerant, & illud acceptauerant, & iurauerant. Reſponderunt tunc aliqui: Illud eſſe in præiudicium Congregationis: & quod illud ponerent in manibus S. Illuſtriſsimæ D. vt negotium determinaret de iuſtitia. Hic reſpondit Card. Illuſtriſs. Non me intromittant in hoc PP. VV. ſed ſi ego illud ſententiarẽ, fortè eaſcondemnarẽ: quia Concordia non mihi videtur tam iniuſta, ſicut VV. PP. &c. F. Alfonſus de Corral. §.4

Literæ R. P. Generalis præſentis ad F. P. de Areualo ex 25. Ianuarij 1602. illũ exhortan. & ei precipien. vt ſit obediens Congregationi.

Literas quatuor foliorum, quas V. P. ad me ſcripſit in defenſionem ſuæ quadrigæ, poſſet reducere ad paucas lineas: neque tantum defatigari in eis ſcribendis. Præceptum & cenſura, quæ ego appoſui V.P. vt ne vtatur quadriga, ea iterũ confirmo nunc: quia hoc eſt iuxta mentem, & beneplacitum totius Sanctæ Congregationis: &c. Et aduerto V.P. quod non eſt fortitudo eſſe inobedientem, & dicere libertates ſuo Generali à trecentis leucis; ſed audacia, & amplius. Quod oro multum à V.P. eſt; vt adhibeat diligentiam, quatenus expediatur illud quod S. Congregatio mandauit ſupplicaretur S. S. eſt enim maxima neceſſitas habendi reſolutionem de hoc: ſicuti aliquoties ſcripſi. Quando miſi P.F. Laurentio hæc memorialia, iniunxi illi, vt apud ſe retineret eorum copiam: vt ſi V.P. non eſſet ſolicitus circa hoc negotium, ipſe illud efficeret. Et quandoquidem V.P. non dedit illi copiam, ego illam modo ipſi remitto; vt faciat diligentiam hanc, ſi V.P. in ea fuerit negligens: ad hoc enim omnes ſunt Procuratores Congregationis. Aduertat V.P. quod aliqui dicunt hic, quod non faciet hanc diligentiam in multis rebus, quæ poſtulantur: quia ſunt contra ſuam opinionem: attamen ego hoc non poſſum credere: ſi quidem ſufficit ſcire P.V. quod S. Congregatio illud ſic ordinauit. Iã ſcripſi V.P. quod aliqui Abbates corã me conqueruntur de eo quod non expediuntur ſua negotia; imò quod neque reſpondet V. P. ſuis literis; ſpecialiter huius Domus de Najera, S. Aemiliani, & de Irache; & video illos ſumere determinationem mittendi Procuratorem particularem: ſi V.P. non adhibet maiorem curam in ſuis negotijs. Amore Dei V. P. faciat in hoc diligentiam poſſibilem, & ſcribat Abbatibus quod geritur. Dominus, &c. F. Alfonſus de Corral. N.44.

Abbates

ABBATES REFORMATORES GENERALES

Congregationis de Obſeruantia Monaſterij Regij S. Benedicti Valliſoletan. ibidem profeſſi ab Anno 1550. vt hinc præſumatur de futuris: iuxta celebre dictum S. P. N. Gregorij. c. mandata, de præſumption. Ex tranſacta in te vita didicimus, quid de ſubſequenti conuerſatione tua præſumamus.

Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriã adepti ſunt: & in diebus ſuis habẽtur in laudibus. Eccl. c. 44.

N. 45. ANno 1550. R. P. Rodericus de Vadillo Theologus eruditiſsimus: Imperatoris Caroli V. incl. mem. Cõcionator: dilectus Deo, & hominibus. Hucuſque incertum eſt, quænam in illo fuerit maior, probitas ne, an eruditio: quas illuſtriores humilis eius grauitas, & grauis humilitas reddidere.

Anno 1553. R. P. Bartholomæus de Alucar ſenior iuſtiſſimus: in fide, & lenitate ipſius mirabilem fecit illum Dominus: & cum eſſet humillimus, ſuperborum nihilominus Abbatum colla virtute calcauit.

Anno 1559. R. P. Georgius Manrique Theologus doctus: Concionator Regis Philippi II. incl. mem. malleus Abbatum: qui in factis ſuis eorum monſtra placauit, plures ex illis Regulam, & Conſtitutiones Congregationis non obſeruantes deponens de ſede. Leges ſanctas inſtituit: Monaſticam diſciplinam collapſam reſtituit: eius memoria apud bonos in benedictione eſt: apud deuios eius pauor hucuſq; durat.

Anno 1565. R. P. Rodericus de Vadillo ſecundis curis curauit gentem ſuam religioſius, quam primis religioſiſſimè curauerat. Glorificauit illum Dominus in conſpectu Regum: vnde miſſus, adhuc Generalis, a Rege Catholico Romam, vnus ex DD. Theologis in cauſa Archiepiſcopi Toletan. Fr. Bartholomæi Mirandæ, mirandum ſe in Vrbe præbuit: & tam Monachus particularis, quam alias Abbas, & iterum Generalis, & tandem Epiſcopus Cephalonen. in Sicilia Congregationem & Monaſteriũ Valliſoletan. amans, & reuerens, vtrique ſummo fuit decori.

Eodem Triennio R. P. Ferdinandus de Medina, pro præfato Reformatore Vicarius Generalis ſuffectus: Theologus doctiſſimus: in linguarum trium cognitione excellens: reformationis tenaciſſimus: quem ſimilem fecit Dominus in gloria primorum Religionis Patrum: Officium Diuinum Monaſticum integrum correxit, & congruentius, ſalua Regulæ diſpoſitione, ad normam Rom. Breuiarij digeſſit: eius ſeueritatem clementem imprecantur Abbates Generales ſuis Vicarijs Prioribus Valliſoletan.

Anno 1571. R. P. M. Placidus de Salinas Theologus præclarus, & Concionator celeberrimus: Officij S. Inquiſitionis Commiſſarius, & Conſultor; Sal, & Sol Congreg. In diebus ipſius emanauerunt putei literarum in ea: & quaſi mare adimpleta eſt, & aucta numero, & merito Monachorum: obſeruantiam Monaſticam, quã iunior Valliſoleti imbiberat, perpetuo tenore pluries Abbas, atque etiam Generalis, & vltimo in Monaſterio B. Mariæ de Monteſerrato obiens Eremita, conſeruauit.

Anno 1577. R. P. Chriſtophorus de Aguero Theologus integerrimus, & Reformator prudentiſsimus: Superiorum per Congregationem terror, inferiorum veneratio: quos omnes rectè facere faciẽdo docuit: nihil auſus, iuxta Pauli doctrinam, ſubditis loqui eorum, quæ per eum non efficiebat Chriſtus in obedientiam Regulæ verbo, & factis: eius religioſa prudentia perſtat apud Congregationem in Prouerbio.

Anno 1583. R. P. Benedictus de Gaona Theologus pijſſimus: Regulę & Conſtitutionum Monaſticarum rigidus obſeruator: cui dedit Deus coram præcepta, & legem vitæ, & diſciplinæ, docere eam Congregatione: & in ea eſſe noſtra memoria primum exemplũ quaſi beati viri, qui per 36. perpetuos annos Abbatis, & Prioris Valliſoletan. & Generalis functus munere ſẽper inuictus fuerit in viſitationibus ſine macula.

Anno 1589. R. P. M. Petrus Docampo Philoſophus inſignis; in Theologia Scholaſtica eruditus, in Sacrorum Bibliorum, & trium linguarum notitia per Hiſpaniam nulli ſecundus: in Patribus ſtupendæ lectionis: & in Regulæ humilitate præclarè exercitus: quem elegit Deus, vt Generalatum, quem, nihil minus cogitans, adminiſtrandum ſuſcepit, modeſtiſſimè gereret. Scripſit doctos, & vberes, ſed imperfectos Commentarios ſuper Regulam S. P. N. Benedicti, quos labores poſthumos propediem perfectos exſpectamus opera eruditiſſ. M. Salmanticen. P. Mauri de Salazar Valliſoletan. profeſſi.

Anno 1595. R. P. Magiſter Petrus Barba Theologus eruditus, & Concionator non inelegans: Officij S. Inquiſitionis Conſultor: votis vniuerſæ Congregationis per duodecim annos, antequàm eligeretur, Abbas Generalis deſideratus: ipſam pietate, & modeſtia ſic rexit, & erexit, vt maluerit ſemper videri inueniſſe bonos Monachos, quam feciſſe. Reformaturus Religionem, raro exemplo, omnibus, quæ ad vſum, etiam modeſtè ſatis, habebat, ſe exuit: & vilem cucullam induit. Cui, antequam à Congregatione gratis quieti, & dulcis regiminis acciperet, morte immatura præuẽto, vt pie creditur, oſtendit Deus gloriã ſuam.

Eodem triennio, & rurſus hoc præſenti de Anno 1601. & deinceps R. P. M. Alfonſus de Corral Theologus inſignis, & Concionator pius: tanto reformationis zelo feruens, vt vita, moribus, & conuerſione Monaſtica, quaſi fuerit, & ſit futurus perpetuus Congregationis Reformator.

Quatuordecim Reformatores Generales Valliſoletan. profeſſos, qui hos præceſſerunt, à primo R. P. Ioanne de Azeuedo, qui de anno 1431. quaſi fluuij Benedictinæ cõuerſationis diorix, exiuit de paradiſo Valliſoletan. obſeruantiæ, ea vniuerſæ Congregationis pratus inebriatutus, altior ab iſtis locus tenet: erãt enim in Reformatione Monaſtica, filij quaſi primogeniti illius Enac, videlicet S. P. N. Benedicti, de genere gygantæo, quibus hi poſteriores comparati, quaſi locuſtæ nobis videntur.

ROMAE, Apud Impreſſores Camerales. M. DC. III. Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google